DE NOMINIBVS APVD ALCIPHRONEM PROPRIIS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA
QVAM
AMPLISSIMI IN
VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
PHILOSOPHORVM ORDINIS
CONSENSV ET AVCTORITATE
AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLVS THEODORVS SONDAG
RHENANVS.

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI
MCMV.

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTVLIT:

A. BRINKMANN P. P. O.

FRANCISCO BVECHELER

AVGVSTO BRINKMANN

S.

Alciphronis sophistae epistulae permagnum numerum praebent nominum propriorum, plus quam trecenta, in quibus haud pauca insunt vel propter formas vel ob alias causas memorabilia. Quibus explicandis et restituendis etsi editores inde a Berglero haud paulum operae dederunt, non pauca tamen restant quae adhuc explicatione vel emendatione egeant. Quaestio deinde est, undenam sophista largas nominum copias hausisse videatur, num omnia aliunde acceperit an sint etiam quae ipse de suo finxerit. Praeterea aliis quae debet, unde sumpserit utrum ex usu vitaque communi an ex rerum memoria ac litteris quibusque potissimum litterarum monumentis vel generibus ea in re usus sit; ipse autem quae finxisse videtur, iis in fingendis quasnam rationes secutus sit. Accedit aliud. Vel primo obtutu intellegitur nomina hominum et a quibus et ad quos epistulae datae sunt cum iis quae in ipsis commemorantur magnam partem ab Alciphrone ita electa esse, ut ratio quaedam intercedat inter ea et epistularum argumenta. Operae igitur pretium est examinare, quatenus haec ratio valeat quasque scriptor in ea re sibi leges imposuerit. Quam ob rem accuratam nominum apud Alciphronem obviorum investigationem consentaneum est haud parvi momenti esse et ad restituenda verba scriptoris et ad enucleandos auctores quos secutus sit, nec minus valere ad eius artem ingeniumque melius cognoscendum rectiusque aestimandum. E re erit primum singula nomina perlustrare quaeque in iis explicatione egere videantur adnotare. Atque cum

quattuor sint genera epistularum, totam materiam ita disgessi, ut primum piscatoria, secundum rustica, tertium parasitica, quartum amatoria, denique quae nihil proprii habeant nomina tractem. Secundum illa quattuor genera epistulas dispositas edidit Antonius Schepers Groningae 1901. Quod num in universum recte fecerit recteque singulas epistulas singulis libris attribuerit, etsi dubitationi obnoxium videtur, tamen eius editione ut commodissima et novissima usus sum, praesertim cum denuo codices adierit.

I. a. Primi libri nomina piscatoria.

1. A diis aliquo modo cum mari cognatis tracta sunt:

Γαλάτεια I 3[1]) appellata a Nereide (F. B.[2]) p. 73), Polyphemi amica cf. Holland Leipz. Stud. VII. Teste Schol. Theocr. VI Hypoth. antiqui γάλα nomini subesse putabant itaque Luc. ver. hist. II 3 Galateam deam in insula in mari lacteo sita, quae ipsa caseus est, coli facit. Eadem dialogi marin. 1 persona.

Γαλήνη I 6, 2 et Γαληναῖος I 2. Et Galena Nereis (Kretschm. p. 201), Luc. dial. mar. 3 persona. γαλήνην ut piscatoribus carissimam praedicat Alciphro ipse I 1.

Γλαύκη I 8; Γλαυκίππη I 11 et 12; Γλαῦκος I 3; Γλαυκίας I 15, 6. Glaucus θαλάσσιος δαίμων qui antea piscator fuisse perhibebatur (Athen. VII p. 295 sqq.) vel in proverbium abiit (Apostol. V 49 et Suidas in v. ἔξω). Glauca Nereis Kretschm. p. 201 ex Glauco ficta (Usener Mus. Rhen. LIII p. 351). Adiectivum γλαυκός saepissime mari attribuitur, γλαῦκος piscis marinus ab Athenaeo VI p. 295 B sqq. commemoratur comicorum testimoniis niso.

1) Deficientibus paragraphorum numeris, quos nominibus passim memoratis semper adposui, epistularum inscriptionibus inserta cognoscuntur.

2) Compendia quibus utor v. in fine libelli.

Glaucus piscator Nonn. I 111 et passim, Γλαυκίας cocus Alexid. III 440 (5, 3) M., Γλαυκέτης Plat. II 652 (1). In Glaucippa partem ἵππ-ος cum propter equi cum Neptuno coniunctionem tum ob monstrorum marinorum formam sophista addidisse videtur.

Πανόπη I 6 Nereis cum Galena coniuncta Luc. dial. mar. 5. Etiam hominum in usu nomen fuisse Suidas docet Πανόπη· ὄνομα. καὶ Πανοπηιάδης πατρωνυμικόν. — Τριτωνίς I 4 a Neptuni et Amphitrites filio nomen accepit, Nereidum per aequora duce, Luc. dial. mar. 6 et 14 persona.

Ἕρμων I 2, 3. Forma abbreviata plenorum nominum Ἕρμαρχος, Ἕρμιππος, Ἑρμογένης similium [1], quam in vita etiam nobilibus hominibus propriam [2] non dubium quin Alciphro servo piscaturam curanti propter Ἑρμῆν imposuerit. Quem piscatorum patronum habitum esse vocis ἕρμαιον proverbiique κοινὸς Ἑρμῆς [3]) (cf. etiam Ἑρμῆς Τύχων alia) memores non mirabimur. Itaque Oppianus Hal. III de piscatoribus agens ab hoc numine exordium facit idque prae ceteris ab hoc hominum genere coli v. 12 et 16 apertis verbis tradit. Idem de piscatoribus Cilicibus Schol. ad III 8 et AP IX 91 testantur; piscatores Mercurio dona offerunt AP VI 5. 23. 28. 296. — Ἑρμότιμος Luc. dial. mer. 4 et Ἑρμῶναξ AP V 223 nautae, Ἕρμαιος μιαρώτατος τῶν ἰχθύων κάπηλος Archipp. II 718 (1).

2. A substantivis aut mare litusque aut res piscatorias designantibus alia nomina derivantur; atque iterum substantivi formam prae se ferentia:

Αἰγιαλεύς I 9, a voce αἰγιαλός cf. Suidas Αἰγιαλεύς· ὄνομα κύριον. Αἰγίαλος Εὐκλείνου Παλληνεύς, ἔφηβος IG II 469, alius XIV 1760. Αἰγιαλεύς pauper piscator in

1) F. B. p. 112 sqq.
2) Pr. Att. n. 5170—5173.
3) Velut Aristot. rhet. II 24. Apostol. VII 94.

litore habitans apud Xenoph. Ephes. V 1, qui nescio utrum nostrum imitatus sit an ex historia fabulari hauserit, quae duos novit.

Κύρτων I 2; Θαλασσίων I 6, 2. Hoc ad θάλασσαν, illud ad κύρτην. κυρτευτής i. q. piscator AP VI 230. Κυρτίων ἁλιεύς Aristaen. I 7.

Σκόπελος I 14. Quod Cic. in or. Pis. 18 Pisonem et Gabinium geminas voragines scopulosque rei publicae vocat, vel Flor. IV 9 Antonium scopulum et nodum et moram publicae securitatis, inde Alciphronem h. l. ut alibi Romanorum imitatorem esse non licet concludere, cum ille sensus nisi addito genetivo effici non videatur. Nec rectius in comparationem vocantur homines „immobiliores scopulis" (Ovid. Metam. XIII 801). Tum qui „ferrum et scopulos in corde gestant" (Ov. Met. VII 33) vel „nati sunt e scopulis" (id. Trist. III 11, 3) intellegendi essent. Sed eiusmodi cum ex epistula nihil cognoscamus, σκοπέλων reminiscamur, qui inde ab Od. XIII 430 ubicumque de navigatione agitur, commemorantur quidque in piscatione valeant, ex Oppian. Hal. I 122 sqq. apparet. Vitae sane nomen (CIG I 1246. 1373 Sparta) ita sophista usurpavit. Cf. etiam Σκοπελῖνος, Σκοπελιανός.

3. Adiectivi formam prae se ferunt: Ἀρμένιος I 16; Αὐχένιος I 16; Πρυμναῖος I 15. Πρυμνεύς e Phaeacibus unus Od. VIII 112. Armenius et Auchenius in vita ad gentem Armeniorum atque ad cervicem [1]) recedentia hic quasi ab ἀρμένῳ velo et αὐχένι secundum Poll. I 90 gubernaculi parte derivata accipienda sunt [2]).

Θυνναῖος I 14; Κέφαλος I 10. Luc. Iov. Tragoed. c. 25 Iovem Neptunum Ἄπαγε θυννῶδες τὸ ἐνθύμημα κτλ.

---

1) Nomen crebrum; de genere a parte corporis inditorum nominum personalium cf. Sp. p. 20 sqq.

2) Utrumque Meineke primus vidit.

compellantem inducit eius stultitiam perstringens; sed ut inest insuper maritima quaedam ratio, ita h. l. certe piscis piscatorum praeda [1]) nomini subest, itemque nomini apud Archippum II 719 Κόραξ (alias ad corvum referendo) ac nostri Cephalo [2]). De quo pisce egit Athen. VII p. 306 E et 307 B. Non igitur opus est Nauckii coniectura Ἔφαλος a Schepersio probata, quod sane nomen per se haud ineptum et praeter τῆς Παράλου analogiam Phaeacis nomini Ἀμφίαλος Od. VIII 114 consimillimum.

Εὔδιος I 1 et Ῥόθιος I 5. Εὔδιος Xenoph. Hell. II 3, 1 ephorus cf. etiam IG II 1002 II 13. Εὐδία et Nereis et navis nomen (Kretschm. Gr. Vas. p. 202). Simili metaphora, qua res mari propria homini inditur, Ῥόθιος ex adiectivo crevit cum de remigiorum sonitu tum de κύματι (Od. V 412) adhibito.

Θαλάσσιος I 7 et Πόντιος I 7 et 10. Πόντιος apud Athen. VII p. 296 B ναυτικὸς καὶ κολυμβητής, Glauci filius. Similiter Ἅλιος Od. VIII 119 Alcinoi filius vocatur Phaecumque unus ib. 113 Ποντεύς.

4. In plenis duarum stirpium nominibus nautarum et piscatorum natura miscetur.

Ἁλίκτυπος I 17 et 19. 18 homo in mari versatus. ἁλίκτυπος et passivum sensum (νῆες ἁ.) et activum (ὃς ἐν ἁλὶ κτυπεῖ velut κῦμα ἁ. Eur. Hipp. 754, ἀήτης ἁ.) exhibet.

Ἐγκύμων I 17; Κύμοθος I 4. Illud ὃς ἐν κύμασι ζῇ, hoc qui navi celeriter mare transvehitur [3]). Idem enim est ac Κυμόθοος (Keil, anal. epigr. p. 171 adn. 1) ex

1) Cf. Athen. VII p. 297 E Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος τοὺς ἁλιέας λέγει θυσίαν ἐπιτελοῦντας τῷ Ποσειδῶνι ὑπὸ τὴν τῶν θύννων ὥραν, ὅταν εὐαγρήσωσι, θύειν τῷ θεῷ τὸν πρῶτον ἁλόντα θύννον καὶ τὴν θυσίαν ταύτην καλεῖσθαι Θυνναῖον.

2) Sp. p. 20 sq.

3) Ad sensum cf. Nereidae Κυμαθόη, Κυματολήγη, Κυμοδόκη, Κυμώ. Kretschm. p. 201.

posteriorum usu quem docent Polyb. 28, 10 Ἄλκιθος, Apoll. Rhod. I 103 Πείριθος (Kretschm. p. 108 Πειρίθους), Πόλυθος et Κυματόθα Kretschm. p. 22 cf. 25, Εὔθυνος Pr. Att. 5653—5658. Εὖνος Kretschm. p. 23[1]). G. Meyer Gr. Gr. § 152 Βόσπορος, βοηθός, δορυξός, χρυσοχός, πρόχος comparat.

Χαρόπη I 11 et 12. Bacchae nomen Nonn. 36, 274. Exstant praeterea mythici Χάροπος et Χάροψ. Appellativo χαροπός posteriores scriptores mare ornant: χαροπὴ θάλασσα Opp. Hal. I 116 et IV 312; χ. πέλαγος AP IX 643. XI 53. IX 36.

Θαλασσέρως I 21 et 22. Eius amor mare est ut aurum Χρυσέρωτος et Paederotis [2]) (CIL VI 8504) puer.

Εὔπλοος I 21. Εὐκόλυμβος I 8. Facultates piscatori necessariae vehendi ac natandi designantur. In titulis saepius Εὔπλους legitur, tamen ne solutam quidem formam deesse Lobeck Phryn. p. 142 et Croenert Memoria Gr. Hercul. Lips. 1903 p. 166 adn. 2 exemplis [3]) confirmarunt.

Φιλόσκαφος I 1; Ναυσίβιος I 15; Ναυβάτης I 5 σκάφος vel σκαφίδιον piscatorum linter saepius apud Alciphronem, in huius ipsius epistulae § 3 legitur. Nausibius a sophista inventum videtur, Naubates et ad appellativum sese applicat et ex vita notum est Xen. Hell. III 2, 6 et IG II 4005. Simile ergo Ἀναβησίνεως Od. VIII 113.

Λιμενάρχης I 20. Tractum ex munere portus magistri, quod a posterioribus saepius usurpatur hac termi-

---

1) Cf. etiam Kretschm. p. 141 et 142 ac scripturam Εὔθους sive Εὖθος.

2) παιδέρως sec. Poll. III 7 = παιδεραστής. Obiectum ἔρως in φίλερως et ἀνακαμψέρως continet.

3) At CIA III 1034, 27 Εὔπλοος non inveni. Cf. etiam -νόος et -νοῦς Meisterhans[2] p. 99, 8 et adn. 934 ac formam Εὖνος supra commemoratam.

natione pro Attica -αρχος (cf. Meisterhans[2] Gr. d. att. Inschr. p. 97, 1) instructum. Glossae Gr.-Lat. CGIL II 361, 7 portitor vertunt.

Εὔαγρος I 13; Φιλόθηρος I 13; Εὐθύβολος I 6. Εὔαγρος IG II 2516; saepius Φιλόθηρος velut Θεοφράστου Παιονίδης πρύτανις ib. 864 et AP app. IV 40; Εὐθύβολος in amphora CIG IV 8199 sagittario aptissime adscriptum. Quae cum per se nihil nisi venatorem designent, ad piscatores Alciphro transtulit aliorum exemplo adiutus. ἰχθυβόλον enim Opp. Hal. III 27 et alibi piscatorem vocat, idem de piscatore III 49 ᾧδε γὰρ εὐάγρης τε καὶ Ἑρμεία φίλος εἴη. AP VII 295 piscatorem, VII 278 ναυηγὸν Θῆριν invenimus. Accedit quod βόλος voce non solum piscationem, sed etiam rete piscatorium appellabant.

Σωσίας I 21, 1. Σωσθένης καὶ Δαμοφίλη I 6. AP XI 199 Σωσίπολις, VI 296 Σώσιππος piscatores reperiuntur ac cum nonnullae naves Atticae similiter vocentur Σῳζομένη IG II 793 h 5, Σῴζουσα 811 a; 812 a 20, Σωσίπολις 789 a 47, Σώτειρα 793 c 17, Graecis servandi notionem nominibus eorum, qui in mare ac rebus maritimis versabantur, imprimis idoneam visam esse putabimus, ita ut propter omen [1]) Alciphro elegerit Sosiam servo [2]), Sosthenem nobiliori magis aptum. Propter nobilitatem eodem modo Damophilae duarum stirpium nomen tribuit. Maxime memorabilis est forma dorica, sed tamen vitae usui compar, illius quidem temporis, cuius res Atticas Alciphro maxime spectat. Peregrinis saepius ac saepius in urbem confluentibus praeter alia nomina ab Atticorum dialecto aliena

---

1) Plato Cratyl. p. 397 B de hominum nominibus disserens: πολλὰ δ' ὥσπερ εὐχόμενοι τίθενται οἷον Εὐτυχίδην καὶ Σωσίαν καὶ Θεόφιλον καὶ ἄλλα πολλά.

2) Σωσίας quasi servus frequens in comoedia inde ab Aristophanis Vespis.

etiam dorica iam quarto saeculo inrepsisse tituli Attici docent. Exempla quaerenti Pr. Att. sat multa suppeditabit velut Μναcαγόραc 10227, Μναcέαc 10228—10232, Μναcίαc 10234, Μναcικλῆc 10235, Μνάcων 10236, Τιμαcίθεοc 13640. 13641. Nec minus nomina a δᾶμοc derivata occurrunt, velut Δαμοκράτηc 3121, Δαμόκριτοc 2123, Δαμόcτρατοc 3127[1], Ἀρχέδαμοc 2312, Ἀρχίδαμοc 2482—2488, Μενέδαμοc 9888, Cτρατόδαμοc 12924. Hinc factum est, ut etiam apud scriptores Atticos dorica nomina inveniantur, quorum partem iam Meineke editionis suae p. 90 collegit. Addo Εὔδαμον Arist. Plut. 884, Ἐμβάδαν Anyti apud Theopomp. II 813 (5) agnomen, Δάμυλλον Luc. dial. mer. 11 ipsiusque Alciphronis Δρυαντίδαν II 8 et Ἀκρατολύμαν III 16[2]). Fieri sane potest, ut quamquam nobilitatem, tamen peregrinam quandam honestatem sophista nomine exprimere voluerit. An paganam designare voluit feminam? quam nominis formam decere IG II 2252 docet Lamii cuiusdam sepulcrum pagani Attici Δαμοφίλου filii. Per se etymi causa nomen non honestissimum est, δημόται Xen. memor. I 2, 58 paene idem sunt ac πένητεc atque in AP humilioribus hominibus nomen Δᾶμιc impositum invenimus venatoribus vel piscatoribus, his VI 230 Quinti Maecii et VI 193 Flacci, ubi Δαμοίταc.

5. Ad summam ex his quae a nobis disputata sunt idem de nominibus efficitur ac de epistulis ipsis.

Ut haec non singulos homines eorum naturam indolemque describunt ita nomina epistulae anteposita non ad singulae argumentum, sed ad universum piscatorium genus recedunt. Quod in ep. I 1 ad Philoscaphum missa

---

1) Nominum per Δαμο- incipientium pauca exempla elegi; cf. Pr. Att. 3114—3144.

2) Quibus de causis dorica nomina in vasis Atticis appareant v. Kretschm. p. 79 sqq. cf. p. 212.

σκαφίδιον commemoratur et Eudius de serenitate narrat, magni momenti non est, praesertim cum et vox ipsa εὐδία § 3 glossema sit et caeli serenitas vix minus ad agricolam pertineat, piscator ergo non clare indicetur. Potius post primam epistulam de γαλήνη agentem insequentis scriptorem non casu Galenaeum vocari concedam, quamquam et hoc lubricum. At in inscriptionibus Θαλάσσιος Ποντίῳ 7 Ἔφαλος Ποντίῳ 10 Εὔαγρος Φιλοθήρῳ 13 Ναυσίβιος Πρυμναίῳ 15 Αὐχένιος Ἀρμενίῳ 16 Ἐγκύμων Ἁλικτύπῳ 17. 18. 19 Εὔπλοος Θαλασσέρωτι 21 et 22 utrumque nomen non sine consilio idem fere significare non erit qui neget.

b. Secundi libri nomina rustica.

1. Κωμαρχίδης II 29 et Ἀγελαρχίδης II 5 a munere agresti tracta sunt. Comarchides ad κώμαρχον vel κωμάρχην[1]) recedit, ad κώμην igitur pertinet sicut vitae nomina Κώμαρχος, Κωμαρχίδης et abbreviata Κῶμος, Κωμᾶς, quae F. B. p. 182 iniuria ad κῶμον referuntur (cf. Germanorum Schulze, Schulte). Quamquam κώμη ipsa non Attica erat cf. Aristot. poet. III 6, tamen iam quarto a. Chr. saeculo rus designabat (contrarium πόλις Plat. Legg. I p. 626 C) ac κωμήτης agricola est ut Plat. Legg. VI p. 763 A ἐκ τῶν ἄλλων γεωργῶν τε καὶ κωμητῶν. Ita Longus saepius κωμήτας adhibet I 11, 2 et II 16, 1 idemque Alciphro ipse II 16, 1, qui II 26, 2 κώμαρχον inducit. Comarchides etiam Aelian. ep. rust. 2 mere rusticum. At κῶμον idem revocans Aristoph. Pac. 1142 et Κώμαρχος convivii dux in amphora Klein, Die gr. Vasen mit Lieblingsinschr. p. 67, conviva saltans Kretschm. p. 85 et 231.

---

1) Ita Xen. anab. IV 5, 24 de vico Persarum, de graeco IG XIII I 128, CIG add. 3641 b. Alibi κώμαρχος; cf. λιμέναρχος: λιμενάρχης. Alc. II 26, 2 κωμάρχου.

ἀγελάρχης sec. CGlL II p. 216, 13 armentarius, gregarius, dux gregis et Suidam ὁ τῆς ἀγέλης τῶν βοῶν ἄρχων. Ἀγελιανός IG III 1159, Ἀγέλη ib. XIV 1322 et Long. IV 39, 2 Daphnidis et Chloes filia.

2. A bestiis agricolis caris nominantur Αἴγων II 10; Μοσχίων II 21 et 35, 2; Ἀμνίων II 3; Μήλιον II 39.

Aegona Vergil. Ecl. III 2. V 72. VI 29, Calpurn. VI 83, carmen de morte boum Riese anth. lat. n. 893 a Theocr. IV 2, 26, 34 acceperunt, qui id nomen ut Βουκαῖον a capris et bubus argricolis carissimis ex re finxit. Aliter iudicat Wendel p. 34, at cf. etiam p. 21 de βουκόλοις. Moschiona nomen pervetus (F. B. p. 317), etiam in litteris frequens Menander Hypobol. IV 211 (1) rustico imposuit, itemque Μόσχων Theophyl. epp. 2 et 35. Ceteroqui Moschiones comoediae coci vel parasiti sunt (cf. Schmidt p. 197 et Athen. II p. 44 D. VI p. 242 C. XII p 542 F) a cibo nominati. Similiter Amnio ad ἀμνόν (velut Theocr. V 144). Ἀμνός nomen Delis proprium Athen. IV p. 173 A ubi v. Kaibelii nota, Ἀμνά IG III 2537, Μέλαμνος F. B. p. 55. Melium a μήλοις tractum sicut Μήλιος Priami filius ovium pastor Apollod. III 12, 15, Μήλων Theophyl. 23 agricola, Μηλίς Nonn. 33, 324 et 342 ita ad Μηλίων applicandum est ut Ἐρωτίων : Ἐρώτιον, Ἀριστίων : Ἀρίστιον Ἀθηνίων : Ἀθήνιον, Εὐβουλίων : Εὐβούλιον. Μήλιον autem cum Seilero ex tradito Μηλίωνι Μηλίωι efficiendum videtur, quia neque femininum nomen in -ίων exire posse puto [1]) et hoc minus a codicibus recedit quam Bergleri Μηλιάς ac Meinekii Μηλιόνη.

Κορύδων II 23 ab alauda, quam sibi familiarem homines agrestes cantu imitantur; primus Theocritus id. IV

1) Nam quae communium formarum exempla exstant Ὑπόχαλκος Theocr. XIV 53 et Καλλίκομος Theophyl. 81 ac latina ut Aelia Demetrus, Cassia Mus, Mucia Antiochus, Flavia Chrysophorus (cf. Orellium n. 2745) comparari nequeunt.

et V 6 nomen traxit neque certum hominem (Alexandrum Aetolum tangi Reitzenstein Epigr. u. Skolion p. 235 sq. putaverat) tacite subsentiens, quod Wendel p. 7—10 demonstravit, neque utroque loco eandem personam designans. Immo cur nomine colori bucolico aptissimo non bis uteretur, non erat causa. Eadem res est apud Vergil. Ecl. II. VII. V 86 [1]), quem et Propert. III 32. 173 et Calpurnius I 8. IV. VII nec minus Iuvenal. IX 102 imitantur, qui Verg. Ecl. II 69 memor appellationem o Corydon, Corydon pro eo quod est „o stulte“ posuit. Cf. Scholia ad h. l. et inscriptionem Pompeianam parietariam: rusticus est Corydoi CIL IV 15 27. Graeci praeter Alciphronem Erycius AP VI 96 et Theophyl. epp. 80. 44. 62 Corydona exhibent.

Hominibus a bestiis appellatis Χιόνη, capra II 18, 1 inseratur, quae bestia[2]) nomine quasi alba tamquam nix praedicatur ut λευκὸν αἶγα donum puellae ab amatore oblatum apud Theocr. III 34 invenimus. Nymphae aliaeque personae mythicae apud Graecos, mortales apud Romanos ita vocantur, Martial. I 30. III 30. 83. 87. 97. 34 (ad nomen alluditur) meretrices sunt, Iuven. III 136 scorti loco nomen adhibuit.

3. Ab herbis vel arboribus sumpta sunt Δρυάδης II 39; Δρυαντίδας II 8; Ἐλατίων II 4; Πιτυΐσκος II 20; Κότινος II 12; Ἀμαρακίνη II 35; Ἀμπελίων II 27.

1) recte Wendel p. 50 „Vergilium nomina bucolica non eidem semper personae dedisse, sed ad unumquodque carmen pangendum de integro permiscuisse atque elegisse“ dicit.

2) De bestiarum nominibus dissertationes Regimontanae agunt Elimari Bäcker De canum nominibus graecis 1884 et Friderici Jeschonnek De nominibus quae Graeci pecudibus domesticis indiderunt 1885.

A quercus nympha (Δρυάς) Δρυάδης, Δρυαντίδας a nomine Δρύας ortum est, quo Long. I 4 pastor nominatur. Dryantides i. e. Dryantis filius Ov. Ib. 365. Nonn. 20, 187. Ἐλατίων ad ἐλάτην redit, sed comparatis similibus nominibus Ἐλατρεύς Phaeacis Od. VIII 111 et Ἐλάτης Neptuni etiam maris admonemur ideo fortasse, quia epistula eius praestantiam laudat. At mere rusticum ab arbore pastoribus gratissima (cf. Schepersii adnotationem et Reich p. 53) deductum est Πιτυίσκος. Πίτυς nympha Panis amica Luc. dial. deor. 22, 4. Long. pastor. II 7. 27. 39. Nonn. 2, 108. 16, 363. 42, 259, Πιτύας Xen. Hell. I 6, 1. II 3, 10 et IG IV 148 (Sp. p. 9). Κότινος secundum Moerid. Att. Atticis ἀγριέλαιος est (commemoratur e. gr. Theocr. V 32. XXV 208), quae ut caprarum cibus (Eupol. II 426 (1, 24) etiam ad agricolas continet. Similiter ἀμάρακον sophistae quasi rustica herba visa est, quamquam apud bucolicos deest nimirum propter metri necessitatem. Nam eandem rationem secutus Theophylactus rustica finxit nomina Κορίαννος 59 Κοριάννων 68 Μήκων 20 Μύρων 8 Πηγάνων 29. 41. E vita ortum est Ἀμπελίων IG III 1016 et IV 1594. Ἀμπέλιος IV 53, 5. Ἀμπελίς AP VII 457; Luc. dial. mer. VIII 1; Aristaen. II 9 cf. Fr. p. 108 sq. Apud Romanos Ampelius CIL VIII 2403, 1. 14. 795b. IX 2075 (inscr. christiana), L. Ampelius Macrino scriptor v. Pros. imp. Rom. n. 417, Chrysampelos CIL II 4151 libertus, 4347 lib. videtur. Cum vitium cultura semper inter agricolae opera numerata sit (Arist. Pac. 1147. Theocr. VII 70 et 134. Verg. Ecl. X 36 cf. Catonem Varronem Columellam), nomen h. l. optime convenit [1]), quare etiam Theophyl. 80 Ἀμπελών, 32 et 83 Ἀμπέλινος rusticorum. Nonn. X 178 et al. Ἄμπελος Bacchi comes.

---

1) Alciphro ipse II 12 ὁ τρυγητὸς ἐγγύς.

Τρυγόδωρος II 12. Ληναῖος II 23. Εὐστάφυλος II 19. Mirifice fictum est Trygodorus parte in nominibus frequenti δωρος sensu neglecto ad stirpem adnexa, quae sola h. l. valet τρυγός [1]), unde Theophyl. 14 Τρυγίας rusticus et Nonn. 14, 227. 29, 243 Τρυγίη Baccha. Omnium exemplum fortasse Aristophanis Τρυγίας. At Τρυγών JG XIV 412 et 597, Aesculapii apud Pausan. VIII 25, 11 nutrix, ad τρυγόνα propter loquacitatem, de Τρυγίᾳ JG VII 1888 i 6 cf. Sp. p. 59. Ληναῖος — ita enim secundum Herodian. II p. 424, 4 L. scribendum est — vitae nomen [2]) ad ληνόν, γεωργικὸν σκεῦος secundum Bekk. Anecd. I p. 277, 17 referendum est, Bacchi cognomen ἀπὸ τοῦ πατῆσαι τὰς σταφυλὰς ἐν ληνῷ Diod. Sic. IV 5. Εὐστάφυλος Σταφύλου admonet Bacchi et Ariadnae filii Bacchique amasii Arist. Plut. 1021. Homines JG II 2862. III 1104. CJL II 3641. Staphylenus ib. 3976 cf. alia nomina personalia Βότρυς Ἄμπελος Στεμφύλιος.

4. Atque etiam latius orbem extendens sophista a campo et silvis nomina duxit quale

Νόμιος II 22 ex appellativo, Panis (Hom. hymn. 19, 5) satyrorum Apollinis aliorum deorum cognomine, quod res ad pastores et pascua pertinentes designat. τὸ νόμιον Long. IV 15, 2. Νομείων Nonn. 14, 192, Νομαίη Daphnidis mater Pseudotheocr. XXIII 41.

Ναπαῖος II 17 et Εὐνάπη II 18. Ὕλη II 22. In νάπαις vel νάπεσι pastores greges pascunt, Ναπαῖαι nymphae saltus incolentes [3]). Similiter Long. I 6, 3 sqq. Νάπη

1) Alc. II 26, 1 ὄζοντα στεμφύλων agricolam dicit.

2) Iam temporibus liberae rei publicae usitatum JG II add. 1169 b. 469 ἄρχων. 1049 bis. 983 I 110. 979. Cn. Pompeius Lenaeus Magni libertus grammaticus. Imperatorum aetate creberrimum factum est, ut JG III f. I et II quinquies et vicies numeretur.

3) addito „nymphae“ Columell. X 246.

vocatur, apud quam Chloe adolescit, et Aelian. 13. 14. 15. 16 Κνήμων [1]) rusticus. Satyrus Nonn. 14, 107 Ναπαῖος, quia et Bacchi turba per saltus vagatur, Ovid. met. III 214 canis Νάπη. Νάπην ἑταίραν οὐ πιστήν AP V 5 Hesychii gl. νάπος· γυναικὸς αἰδοῖον [2]) explicare licet. In vita huius stirpis nomina aetatis inferioris sunt (F. B. p. 213. Εὐνάπιος sophista. Ναπαῖος JG III 4541 Palestinae).

Ὕλη propter silvam agricolis caram (Theocr. I 117) electum est ut Hyleus socius venationis Calydoniae Ov. Met. VIII 312, Hylonome centauri uxor ib. XII 405, Ὑλαῖος centaurus in vase Gerhard. Auserl. Vasenb. II p. 126 sq. III p. 122 CJG IV 7383 et in vase a François [3]) dicto, Ὕλη canis Xen. Cyr. VII 5 et JG XIV 2566. ὑληβάτης Panis cognomen AP IX 217. In vita nomen rarum est [4]), quo iniuria Welcker tituli Bonnensis (U 108. Hettner Katal. p. 44 sq.) lacunam explevit.

Πετραῖος II 33. Κρηνιάδης II 17. Πολύαλσος II 19. Petraeus adhibetur, quia rupes in vita agresti magni momenti sunt [5]). Itaque etiam satyri (Nonn. 17, 196. 14, 109) et centauri (Nonn. 14, 189. Gerh. Auserl. Vas. II p. 126. III p. 122 alius in Françoisii vase) ita appellantur. In vita Πετραῖος satis crebrum est, praecipue in Thessalia (Keil anal. epigr. 137 n. 1).

Κρηνιάδης ad Κρηνιάς (Κρανιάδες Theocr. I 22 cf. AP IX 330) ut Δρυάδης ad Δρυάς. Κρηναῖος Fauni

---

1) De Cnemone Luc. dial. mort. 8 nihil compertum est.

2) Quod secundum eundem etiam νέμος tecte significatur; comparetur saltus Plaut. Casin. 922, Curcul. 56.

3) Novissime editum Furtwängler-Reichold Griech. Vasenmal. tab. 1.

4) In Attica deest, legitur JG XIV 2313 et CJG III 4103.

5) ex quibus cum etiam ad mare pertineant (τὰ πετραῖα τῶν ἰχθυδίων Athen. XIV p. 649 A) etiam Neptunus Petraeum cognomen accepit Pind. Pyth. IV 246.

filius, Κρηνίδης CJG III 4944 b 6 add. ultimorum imperii Romani temporum.

Πολύαλσος formatum velut Πολύστρατος non horti praefectus (ita Schepers), sed potius multorum nemorum possessor videtur esse, vel is qui τὰ ἄλση, recreationis loca ubi tibiis canunt (Theocr. I 117. V 32) frequentet.

5. Minus facile rustica natura cognoscitur nominum Ἰοφῶν II 2. Ἄνθυλλα II 31. Ἀνθοφορίων II 26. In Iophonte ἴον Alciphro subsensit, florem in bucolicis velut Theocr. X 28 et I 132, Pseudotheocr. XXIII 29 commemoratum, cum quo veritatis nomina Ἰοφῶν JG III 61 A I 33. IV 871 b, 7. II 1703 (item Sophoclis filius) et Ἰονίκη JG II 706 A a 15 non cohaerere cum F. B. p. 129 existimo. Similiter Anthyllam et Anthophoriona propter ἄνθος quasi rustica elegit [1]), qualia etiam Ἀνθεμίων Aelian. ep. rust. 4 et 5 atque Ἄνθινος Theophyl. 83 habenda sunt. Nomen Anthophorionis, qui in ipsa epistula δεινὸς ῥήτωρ vocetur, ad orationis ἄνθη [2]) referendum esse non recte putaveris, agitur enim de causis forensibus. Eroticos scriptores huius stirpis nomina ob etymi blanditias decent [3]).

Εὔσταχυς II 15 et 16. Εὐπέταλος II 4 ab appellativis satis notis, sed desunt eadem nomina personalia.

---

1) Ar. Ran. 442 ἄλσος ἀνθοφόρον. In amoenitate ruris describenda ἄνθεα εὐώδη (Theocr. XXII 37 sqq.) raro omittere solent.

2) Ad vini flores (ἄνθεος ὄσδων οἶνος Athen. I 31 C) Ἄνθη recedit in aryballo quodam Heyd. p. 12 cf. p. 32 et Οἰνάνθη ib. p. 20 cf. p. 41.

3) ἄνθος florem anni et virium designat; ita Hom. Il. XIII 484 ἥβης ἄνθος. Huc vitae nomina recedunt Ἄνθυλλα JG II 1903 (deest in Fr.), puellis adscriptum in duobus vasis Klein Vas. m. Liebl. p. 44, Ἀνθυλλίς JG VII 4179. XIII f. II 401. CJL VI 29254. X 6145. III 724 liberarum mulierum cognomen. Mart. I 114 et 116 casta puella. Contra virilia Ant(h)yllus (CJL VI 11873 ser(vo) additur) atque Anthus inde ab infima liberae rei publicae aetate servis et libertis imponuntur. Anthophorus liberti cognomen CJL VI 8866.

Simillimum Εὐπετάλη Bassaris Nonn. 14, 221 nec multo differunt simplicia Cτάχυc IG III saepius, XII f. III 624. 749. N. T. ep. Rom. 16, 9 Nicephor. 771, 17 ac Πέταλοc F. B. p. 326 (adde IG II 4 et Πεταλᾶc IV 1596). Aristaen. I 3 Φυλλίων item horti possessor, amatorii quidem.

Θαλλόc II 20. Θαλλίcκοc II 33. Θαλλοί sescenti; substantivum θαλ(λ)όc Graecos subaudisse iocus Athen. XIII p. 582 F et 587 F demonstrat, quare etiam Thallisco rusticus sensus inesse potest. Θαλείαc praeterea reminiscaris, cui φυτῶν καὶ cπερμάτων εὐθαλούντων καὶ βλαcτανόντων ἐπιμέλειαν καὶ cωτηρίαν (Plut. quaest. conviv. IX 14, 4) agricolae debent. Veri nominis origo velut ex Od. VI 157, Il. XXII 87 elucet.

Ὥριοc II 26. Codices dissentiunt; ex Ὄριοc B Ὄρειοc sunt qui effecerint, nec male Πετραίῳ Ναπαίῳ centaurorumque nominibus Ὄρειοc Paus. III 18, 9, Ὀρόβιοc in vase Françoisii Ὀρείμαχχοc sileni Kretschm. p. 174 comparatis[1]). Tamen Schepersii Ὥριοc ex Ὤριοc Γ derivatum praefero ut alteri eiusdem tiluli Ἀνθοφορίωνι apte respondens. Recte iuventute florentem Luc. am. 12 nisus. Sch. intellegit cf. etiam Lobeck. Phryn. p. 52.

Φιλόκωμοc II 28. Φιλόμοcχοc II 3. Φιλοποίμην II 21. Philocomus h. l. ad κώμην ut epistula docet. In vita frequentius IG II 1007. III 26. 808 a 24. 809 c 165. VII 2723. 3175, Carneadis philosophi pater Diog. Laert. 4, 9 n. 1, Romae Vettius Philocomus grammaticus Suet. de gramm. II p. 101 R. Ad Philomoschum cf. Moschio. Aliud exemplum deest, sed simillimum Φιλέριφοc Ael. ep. rust. 10. Philopoemeni ad formam Φιλοναύτηc compar, ipsum notissimum cf. IG II 470. 979. III 2183. VII 2697. 394; IV 758, 19. 853, 4 alia et Ποιμνίων Theophyl. 47.

---

1) Neque ineptum esse rustico nomen Lessing doceat, qui in fabula lupi senis n. 3 ovium pastorem Montanum appellavit.

6. Cum haec nomina ita electa sunt, ut in universum communi harum epistularum argumento rustico respondeant, in aliis eligendis singularium epistularum argumenti potius ratio habita est, ita ut tali nomine homo appelletur qualis in ipsa epistula describitur. Cuius generis haec sunt:

Ἄcτυλλοc II 28 quod ex Reiskii coniectura Seiler et Meineke editores acceperunt pro tradito Θέcτυλλοc. Etenim Θεcτύλοc (ita scribendum erat) aliunde incognitum nec nisi Θεcτυλίδι, quod nomen ex Sophrone (cf. fr. 5 Kaib.) ad Theocr. II 1 et Verg. Ecl. II 10. 43 pervenit, confirmatum ut a genere rustico ita ab huius epistulae argumento abhorret. Contra Astyllus creberrimum et rustico multum in urbe versato, qualis hic describitur, aptissimum. Longus IV 10 diviti ex urbe venienti idem nomen imponit, Calpurnius VI 7 et 74 pastori. Ad formam duae esse possunt: Ἄcτυλλοc hypocoristicum velut Ἥρυλλοc Θράcυλλοc Βάθυλλοc Ἀρίcτυλλοc teste Herodiano II p. 859, 24 L. (plena nomina ut Ἀcτυκλῆc Ἀcτυάναξ Ἀcτυλαΐδαc exstant) et Ἀcτύλοc sic scribendum ex Herod. I p. 164, 4 L [1]). Ita Dion. Hal. VIII 1, Ἄcτυλοc falso Plat. legg. VIII p. 840 A (rectum -ύλοc in scholiis ad l.). Titulorum exempla v. F.B. p. 126 sq. latina adde CIL IV 243. VI 8419. 22 454. 24 710. V 908. XII 3428.

Θραcωνίδηc II 13. quia militiam agriculturae anteponit, nomen [2]) militi in nova comoedia proprium accepit; nam Thraso miles in Ter. Eunucho (ex Menandri Colace [3]), Thrasonides Men. Misumeni IV 169 persona. Plut. non

1) Τὰ εἰc υλοc τριcύλλαβα κύρια ὄντα ἔχοντα τὴν πρώτην cυλλαβὴν μηκυνομένην παροξύνεται.

2) in vita frequens. Θράcων JG I 446. 188 (Βουτάδηc Ἑλληνοταμίαc) II undevicies, inter quos 859, 14 ἄρχων βαcιλεύc.

3) V. Grauert. Analect. p. 153. Ribbeck. Alazon. p. 39. Lorenz, Plauti Miles [2] p. 236. Leo Gött. Nachr. 1903 p. 688 sqq.

posse suav. viv. sec. Epic. c. 13 Θραcωνίδαc τινὰc καὶ Θραcυλέονταc ἀλαζόναc, Clem. Alex. II p. 463 P. τὸν κωμικὸν ἐκεῖνον Θραcωνίδην noverunt.

Φιλομήτωρ II 37 ex epistula intellegitur. Maxime notum e vita Attali cognomen, semel ironice Ptolemaeo Lathyro tributum (Grasberger, D. gr. Stichnamen, Würzburg 1883 p. 39. Strack, Die Dynastie d. Ptolemaeer. Berlin 1897 p. 133 sqq. Nec deest in titulis IG III 1192. XII f. III 325, 19.

Κορίcκοc II 31 praeter Socratis discipulum aliunde incognitum iocularitér per antiphrasin [1]) seni ἀφηλικεcτέρῳ imponitur, quem uxoris loco Παρθένιον ἡ ἱππόπορνοc μεθ' ὑποκοριcμῶν ἐκθεραπεύεται ὅλον.

7. Si de ratione inter epistulas earumque inscriptiones intercedente iam nunc quaerimus, eandem esse ac primo libro invenimus. Τρυγόδωροc 12 (ὁ τρυγητὸc ἐγγύc) Εὐcτάφυλοc 19 Ἄcτυλλοc 28 Δρυαντίδαc 8 Φιλοποίμην 21 Φιλομήτωρ 37 Κορίcκοc 31 eodem pertinent atque epistulae ipsae, idem fere in eodem titulo significant Ὥριοc Ἀνθοφορίωνι 26 Ναπαῖοc Κρηνιάδῃ 17 (uterque silvarum incola), opposita inter se sunt Φιλόκωμοc et Ἄcτυλλοc 28, videntur etiam:

Cιτάλκηc et Οἰνοπίων II 11. Oenopio numen Baccho cognatum, quare in comoedia hominem gulae et Baccho inservientem indicasse videtur. Nicostr. III 285 et Philetaerus III 297 (1) et 298 (2 et 3) comoedias eo nomine inscripserunt, quo in hac etiam persona principalis [2]) appellabatur. Tamquam homini bibaci proprium Alexid.

---

1) Ut saepius in vita (Grasb. p. 39) et in comoedia (cf. Misargyriden feneratorem Plaut. Most. 568 et Ter. Adelph. 1).

2) ita eius naturam etiam fragmenta demonstrare videntur; nomen ex re ut ibidem Πατανίωνοc coci.

III 428 (2) [1]), satyro inditum in cratere Heyd. p. 17 sq. Bacchi comiti Nonn. 43, 60, παιδὶ οἰνοχόῳ (ironice) Luc. Pseudol. 21. Ex inscriptionibus unum novi testimonium IG VII 16. Sitalces e contrario est cuius robur frumentum, Alciphronis scilicet ex mente, reapse non Graecum, sed Thracum regis nomen ita omnibus noti, ut Hermipp. II 407 (1, 7) παρὰ Σιτάλκου pro Thracia ponat.

At Ἐπιφυλλίς II 32 non cum Berglero „allusione ad τὴν φυλλάδα, in qua quiddam sibi evenisse narrat" inventum (neque enim ἐπὶ τῇ φυλλάδι, sed κατὰ τῶν ἀνθῶν καὶ τῆς φυλλάδος illud passa est), sed ad uvulam referendum est Eustaphylo simillimum.

Πιθακίων II 15 et 16 cum III 10, 4 cauponi tribuatur, Πιθακνίων editores esse voluerunt a πιθάκνῃ μικρῷ πίθῳ sec. Hesychium et Suidam. Sed qui quomodocumque dolium subaudire vult, ad ipsum πίθον recedat Lobeckium path. prol. p. 317 secutus, ubi Δεινάκωνα Εὐδαιμάκωνα

1) Quattuor nominum ibi occurrentium ultimum e vita fluxisse videtur Τιμοκλῆς, quod adiungendi forma (ἢ καὶ pro ἢ) a ceteris secernitur comoediae personis, ni fallor, Οἰνοπίων Μάρων Κάπηλος. Hic νοῦν ἐν καπηλείῳ quaerens (Antiph. III 11) καπηλοδύτης est similiter dictus ut ganeo (gluto vel comesor CGlL V 104, 32) a ganea helluonum loco (Naev. com. 117. Plaut. Asin. 887. Men. 703. Ter. Adelph, 359. Varron. Sat. Men. 481B). Μάρων cum vino et Baccho arte coniunctus cf. Od. IX 197 et Eustath. p. 1623, 37, ex quo secundum Athen. I p. 26A Maronis vinum vocabatur. Eundem etiam a comoedia haud alienum (Clearch. IV 564) Herondae III 24 in mente fuisse contra Crusium Unters. zu d. Mim. d. Her. p. 59 iudico. Nam et saepius nomen inveniri quam ille putat tituli docent JG II 2, 1043. 3, 3007. 959 a 21. III 1, 773. 1122, 20. 1138, 42. 1144, 21. 1165, 41. 1197, 43. E. G. Kaibel. 553, ubi cives, IG XIV 797, ubi servus, XII f. I 1347 et III 662, 7, Paton-Hicks, Inscr. of Cos 339 incerti loci et reputandum est non e vita, sed ex litteris Herondam nomen hausisse, cuius sales sunt, cum patrem senem decrepitum (v. 32) non bonum exemplum filio dictantem facit.

Ξενάκωνα (cf. F. B. p. 27) comparavit. Tunc simul quasi potator perstringitur, cum sec. Polluc. VI 43 οἱ νῦν τὸν πολυπότην πίθον nominarint. Ad rem similiter caupona nominatur pulcherrimum bacciballum Petron. c. 62 cf. Buecheleri adn.

Ἀνίκητος II 6 pertinax qui se tamen amore vinci non patitur. Exstat IG III 1223. 1202. 1062. XIV 338. 1692 (per ει). 1754. Δυσνίκητος ἄρχων IG II 698 I 13 (=Pr. A. 4580). CIL X 1946. VI 5549. 5738 (Augg. lib.). 5845 (lib.). II 3903.

Χαιρέστρατος II 14 videtur ad Menandri Eunuchum (cf. Pers. V 162 et Schol.) vel potius Ὑποβολιμαῖον ἢ Ἀγροῖκον recedere, ubi Chaerestratus primas partes (praeter Eutychem fratrem) agit [1]), commemoratus ex Caecilio a Cicerone pro Roscio 16, 46. De Phrynichi Chaerestrato II 286 (1) ex fragmento nihil efficitur.

Πασίων II 36 ex stirpe verbi πάσασθαι repetivisse Alciphro videtur. Secundum Hesychium πᾶσις idem ac κτῆσις, qua voce Dion. Hal. VIII 19 et Diod. Sic. XIV 29 praedia vocant. Est igitur praedorum possessor quasi πολυπάμων ipse mala iusto domino (Eudico) a servis perferenda expertus. Cf. Πασίας Ar. Nub. 21.

Φυλλίς II 13. Χρόμιον II 8. Utrumque bucolicum, etiamsi illud non ante Vergilium (Ecl. III. V 10. VII 14. 59. 93. X 37. 41. inde Calpurn. III 8. VI 74) nos quidem legimus. Sed per eum bucolico generi imprimis proprium factum est, fluxit ad Germanicorum idylliorum poetas velut Gessnerum cf. etiam Erkii carmen populare *Ihren Liebsten zu erwarten, schlich sich Phyllis in den Garten.* Alterum

1) Iniuria Ribbeck Agroikos p. 10 inde Eutychem eicere voluit, ad quem IV 211 (2, 1) et 212 (3 a et b) alludatur. Moschio quod eius loco inserit Chaerestrati erat nomen, priusquam rure in urbem mitteretur (IV 211 (1)). Eutyches igitur non casu electum est, meliore fortuna alter prae altero fratre utitur.

facili mutatione ex tradito Χρόνιον elicimus quod variis modis vv. dd. tentarunt. Cf. Theocr. I 24 Χρόμις, ita Verg. Ecl. VI 13 satyrus, Ov. Met. XII 333 centaurus. De vitae nominibus Χρέμης, Χρομύλος similibus v. Sp. p. 47 sq.

8. Restant nunc nonnulla nomina rustico colore vix participia; suave aliquid de homine dicunt ita ut paene non plus quam ab amico ad amicum scribi [1]) exprimant. Ita adhibentur

Ἐράστων II 2. Φιλίσκος II 38. Εὔεργος II 27. Εὔδικος II 36. Εὐθύδικος II 38. nomina usitata. Ἐράστωνι simillima Ἔραστος IG IV 1488, 39 Ἐράστης II 975 (ἄρχων). Nomina per φιλ- creberrima v. F. B. p. 277 sqq. Εὔεργος (Pr. Att. 5458. IG VII 237 et 240 ἄρχων Βοιωτῶν. III app. 77 b.) Εὔδικος (Pr. Att. 5417—5428 cf. 5415 et 5416). Εὐθύδικος (Pr. Att. 5548—5565) nihil nisi probos homines significant, quales rusticos magis quam oppidanos esse credunt ut Alciphro ipse II 29, 2 ἀγροικικὴν ἐπιείκειαν agricolarum virtutem praedicat οἵους ἡ φιλτάτη γῆ ἁπλοϊκοὺς καὶ φιλαλλήλους τοὺς ἑαυτῆς τροφίμους ἀνεθρέψατο. Εὐεργίδης Ar. Vesp. 234 iustus iudex.

Εὐχαίτης II 29. De fronde cum coma comparata (Od. 23, 195) Alciphronem cogitasse non putaverim, et hoc loco nihil voluit quam venustum aliquid de homine praedicare (cf. eroticorum nomina Habrocomes et Anthocomes), bene autem comatum esse imprimis rusticum decet. Quare dubito, an Καλλικωμίδης II 32 in Καλλικομίδης mutandum sit. Qui negat ei ad κώμην nomen applicandum est ut Comarchides.

Καλλικράτης II 10. Μεγαλοτέλης II 34. Πυθόλαος II 5. Φαιδρίας II 35, 2. Ἐπιφάνιον II 37. Κρα-

---

1) Herond. in mim. IV ubi simile nomen sunt qui exspectent, reapse appellativum adhibuit φίλη.

τῖνος II 34 grande sonantia sunt, partim frequentia ut Callicrates (quod etiam Theophyl. ep. 6) Cratinus Phaedrias partim rariora ut Pytholaus (F. B. p. 186 adde IG II 1011, 22). Fictum videtur Megaloteles pariter ac Megalobulus Plaut. Bacch. 308, Megalonymus Luc. Lexiph. 9, Megamedes Xen. Eph. I 2, 5. Phaedria Ter. Eun. et Phorm. etiam Ael. ep. 20. Epiphanii forma iniuria Berglero suspecta masculinis recentioribus vel christianis Ἐπιφάνιος Ἐπιφάνης Ἐπιφανίδης Ἐπιφανιανός, feminino Ἐπιφάνεια confirmatur. Dubium est num etiam Φανίον (Fr. p. 122) eodem referendum sit.

Ἐπίγονος et Πρατίνας II 9. Illud (Pr. Att. 4824—4827) imperatorum temporibus ita in usum venit, ut IG II p. I et II septuagies legatur. Tamen veri hominis memoriam repeti putem musici illius celeberrimi μουσικωτάτου teste Athen. IV p. 183 D cf. XIV p. 637 F. Nam etiam alterum nomen ad hominem in illa arte celeberrimum recedit Pratinam [1]) (Plut. de mus. affertur c. 7, 9. 42. c. 31 inter τὰ τῶν εὐδοκιμούντων etiam τὰ Πρατίνου numerantur) quippe qui Athen. XIV p. 633 A cum de Lacedaemoniorum arte musica agitur, testis ac quasi arbiter afferatur. Maxime ut satyrorum auctor pastori convenit cui μουσικόν ἐστι τὸ αἰπόλιον (§ 2), itaque inscriptionis nomina utrumque et qui scribit et qui accipit epistulam musicae peritissimum significant. At II 34 non Pratinas restituendum, sed ex codicum Πρατῖνος cum Meinekio Κρατῖνος eliciendum est. Cum epistula nihil rustici habeat, non mirum est quod etiam nomina Κρατῖνος Μεγαλοτέλει ab eo genere aliena. Quod ad codicum vitium contrarium fere exstat in Athen. epit. I p. 22 A ubi in enumeratione post Πρατίνας varia lectio Κρατῖνος delenda est.

---

1) Cuius nomen ad stirpem pro ion. att. πρῶτ-ος doricam πρᾶτ (Brugmann Gr. Gr.[3]) p. 88 § 71, 2. p. 211 § 232) recedit.

Γλαύκη II 18 denique fieri potest ut propter Theocr. IV 31 bucolicum nomen sophistae visum sit, etiamsi eo loco de citharistria agitur, sed ita clara ut AP VII 262 propter Glaucam Theocrito adscriberetur. Rustici aliquid an ex Nympha Glauca Pausan. VIII 47, 3 et Glauco pastore cum Corydone coniuncto AP VI 96 colligere liceat nescio.

c. Tertii libri nomina parasitica.

De parasitorum genere et moribus optime Ribbeck Colax Abh. d. sächs. Ges. d. Wiss. Lipsiae 1883. Knorr, Die Parasiten bei den Griechen. Die Parasitennamen bei Alciphron. Progr. d. Gymn. zu Belgard 1875 alphabeticum ordinem secutus ultra tertiam litteram non processit.

1. Γρυλλίων III 8, 1. III 22. Ab orgine agnomen ioculare per se honestum ut Gryllus[1]), quo Xenophontis pater et filius nominati sunt, de aliis v. Sp. p. 54. Sed ex significatione primaria factum est, ut homini molli ac libidinoso imponeretur sui comparabili cf. Horatianum *Epicuri de grege porcum* ep. I 416 et Plutarchi Gryllum (Usener Epic. p. LXX). Nec minus idoneum est parasito (cf. Aristoph. Plut. 315 ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι quod Scholia παροιμιῶδες ἐπὶ τῶν κολακευτικῶς τισιν ἑπομένων τροφῆς ἕνεκα dictum explicant), e comoedia noto Gryllioni Axion. III 531 (2), Lync. apud Athen. VI p. 244 F sq. qui dubito an verum hominem in mente tenuerint Phrynae scilicet parasitum Athen. XII p. 591 D memoratum[2]). Similiter

---

1) In Aegypto secundum Plin. N H. 35, 10. 37 Antiphilus *Gryllum deridiculi habitus* pingere didicit, *unde id genus picturae grylli vocantur.* Num eo saltatio hominum bestiali habitu vestitorum, inter quas γρυλλισμὸν Aegyptiacum Bekk. Anecd. I 33 testantur, referenda sit non constat.

2) Duplicem sensum et honestatis et libidinis nequitiaeque percepisse Herondas videtur cum I 50 Γρύλλον τὸν

Πατ αικίων II 2, 2. III 6, 1 cum Pataeco (Sp. p. 11 addendum esse tit. Eretr. Ἐφ. ἀρχ. 1887, 83 v. 55 Solmsen monuit) ad Pataecos rediens, de quibus v. Herodot. III 37 (E. M. p. 615, 13 neglegentissime), per se honestum est ut Πυγμαῖος Νάννος Ναννώ Νάννιον. Malo sensu nequissimi hominis Pataecionem com. anon. IV 695, appellativi instar Aeschin. in Ctesiph. (III) 189, Pataeciscum Herond. IV 63 adhibent, quem sensum nescio an nomen ob certum quendam hominem ita appellatum acceperit. Harpocratio sane in v. Παταικίων, Bekk. An. I p. 298, 5 brevius, fusius Suidas in vv. πάταικος et Παταικίων, verbosissime Apostol. XIV 13 de Pataecione sycophanta, fure tamquam vero homine tradunt. Diogenis sane cynici dictum Diog. Laert. VI 39 traditum quasi furis exemplum nomen usurpat. Parasito etiam ob edacis Herculis memoriam stirps apta est, qui Πάταικος ἐπιτραπέζιος apud Tyrios teste Hesychio in voce Γίγγρων et Εὐφράδης vocabatur.

2. Παραςιτική ἐςτι τέχνη ποτέων καὶ βρωτέων καὶ τῶν διὰ ταῦτα λεκτέων, τέλος δὲ αὐτῆς τὸ ἡδύ Luc. de paras. 9, quare Alciphro etiam voracitatem et bibacitatam nominibus expressit. Ab edendi arte nominati sunt:

Γνάθων II 32 et III 8. Nomen alibi honestum ob etymum facile homini edaci, parasito proprium fieri potuit (Sp. 29), quo sensu a Luc. Fugitiv. 19, Tim. 45 (Gnathonides), Terentio Eun. (Menandrum secuto) adhibetur, ubi v. 263 sq. *tamquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis vocabula, parasiti ita ut Gnathonici vocentur.* cf. Plut. de lat. viv. 1 τοὺς περὶ Γνάθωνα et quaest. conviv. VII 6, 6 adiectivum γναθώνειον. Comoediam hic usus sapit, compares modo Eupol. II 572 (85), Nicol. IV 580

Μακακίνης τῆς Π αταικίο υ inveniret. Subest Παταίκιον femininum quod traditur IG III p. III 55 a 5. De Herondae loco Reich D. Mimus I p. 367.

v. 28, ubi parasito γνάθον ἀκάματον necessarium esse praedicatur quare Long. I 11 Gnatho parasitus οὐδὲν ἄλλο ὢν ἢ γνάθος καὶ γαστήρ [1]). Talis homo

- Μονόγναθος fr. II ad Μονοτρόπου Μονοτονίου Μονοσίλλης (μόνος σιλλοῖ Hesych.) analogiam appellatus quasi nil nisi maxilla sive bucca esse dicitur.

Βουκίων III 7. Nec Meinekii βῦκος vini genus nec Theocriti Βουκαῖος et Βοῦκος (X 1 et 38 correptum ad βουκόλος) huc pertinet, subest nomini lat. [2]) bucca (=γνάθος CGl L II 263, 51 et 31, 31), ut recte Knorr vidit. Inde Buccones, Atellanarum personae, dicti quasi garruli vel stulti (CGl L IV 594, 39 et 49 cf. Petron. 43 durae buccae fuit linguosus), parasitos Petron. 64 *bucca, bucca, quot sunt hic* indicat. Apud Graecos, posteriores scilicet, vocabula exstant βούκκα Theod. Ptochoprodr. I 352. II 103, βουκκίον Doroth. 1745 A, βουκίον Oxyr. Pap. I n. 155 v. 4 (VI. saec.), βουκίαι res edendae (*biscuit* ex versione editorum) ib. II n. 397 (I. saec.), unius etiam κ Βούκιος Ath. Mitt. XIV 58 Romanorum comparandum nominibus [3]) Bucco [4]) Buccius Buccia [5]) Buccula [6]) Buccio [7]). Quin etiam parasiti sensum

1) Inde Γάστρων Herond. V. cf. Alex. III 479 (1, 4) et Lucil. Sat. II 73 vivite lurcones, comedones, vivite ventres, de quo loco Donat. ad Ter. Phorm. V 7, 95 „an ventrem totum parasitum dicit".

2) De Alciphronis latinismis v. Guilelmum Schmid, Pauly Wissowae Realenc. 1548.

3) Cf. A. Zimmermann Arch. f. lat. Lex. XIII p 234. W. Schulze, Zur Gesch. lat. Eigenn. Gött. 1904 p. 134.

4) CIL III Suppl. 14402 K. VIII 4099.

5) Buccius ib. X 1000. Buccia II 4572.

6) ib. III 1732.

7) ib. III 5469. 2249. 4998. 4844. 4856. Suppl. 15045. II 4970, 71. IX 565. 4337. XI 6034. Buccionius X 3745. Vere Romana videntur, cum Mommsen CIL III 3788, ubi Bucio et Bucca coniunx (3787 Buccus), „indigena Pannoniorum videntur esse nomina" arbitretur.

apud Graecos glossa CGl L II 31, 37 Buccones παράcιτοι βουκίωνεc testatur [1]). Eodem recedunt

Χαcκοβούκηc III 24 et Βουκοπνίκτηc III 14. Buccopnictes os ita implet, ut spirare nequeat quasi suffocetur. πνίκτηc ex nominis quod dicitur agentis forma esse ὅc πνίγει per se veri similius est; sed cum in Oenopnictes alius ac passivi sensus non quadret, dubito an cum Meinekio *suffocatum* intellegere liceat. V. etiam infra de Conoposphrante. Chascobuces non ὁ κεχηνὼc τὸ cτόμα, sed ut alius ep. III 39, 2 ἐγχανὼν τῷ πλακοῦντι hic frusto inhiare dicitur [2]). βουκ- igitur non os ipsum est, sed quod edendum apponitur, quem cibi sensum bucca (panis) Petr. 44, Mart. X 5, 5 buccea Suet. Aug. 76 buccella βουκίον βουκίαι confirmant.

Μεριδᾶc III 25 parasitus τῶν ἀρίcτων ἀποφερόμενοc μερίδαc (Ribbeck), qui cum πρὸc μερίδαc convivae cenent (Athen. I p. 27) suam κρεῶν μερίδα (Pherecr. II 269 (1, 7)) arripere scit, idem igitur ac Batrachomachiae Μεριδάρπαξ.

Ἀμάcητοc III 23 qui prae edendi cupidine cibos non manducatos devorat (ita Ruhnken). Ad formam Wagner Suidae glossas ἄμαcτοc et ἄπαcτοc confert. Alexid. III 492 (2) parasitus παραμαcητήc appellatur.

Ἡδύδειπνοc III 32. Φαγοδαίτηc III 30. Φιλομάγειροc III 27. Hedydipnus ἡδέωc δειπνεῖν amat ut Bacchus Anth. Pal. IX 524 ἡδυπότηc vocatur. Δειπνεύc heros ἀπὸ τῶν δείπνων cχὼν τὴν προcηγορίαν Athen. II p. 39 C. Ad formam cf. Ἡδύοινοc, ad sensum Ἡδυμέληc satyrus Heydem. p. 20 et 29. Philomagirus (v. Φιλοποίμην)

---

1) De buca, bucella, bucula in codicibus latinis v. Georges. Lex. lat. Wortformen, cf. glossariorum bucellae (CGlL II 440, 41 et 598, 3) ac bucones (ib. V 863, 44 aliter v. 55).

2) ad verbi χάcκειν vel χαίνειν usum cf. Ar. Nub. 996. Eq. 804. 1118. Verg. Georg. II 463. Hor. Sat. I 71.

coci amicus τοῦ μαγείρου πυθόμενος τὸν ἑστιῶντα Alex. III 501 v. 6, cui generi ars culinaria ἱεροπρεπής (Men. IV 108 (4)). Phagodaetes per se intellegitur neque ulla mutatione opus est.

Στρουθίων III 7, 1. Στρουθίας I 9. Στρουθίας [1]) parasitus Men. IV 152 (1), Aelian. var. hist. fr. 107 et 108 inter ἀνθρώπους ἐσθίειν εἰδότας καὶ δεινοὺς γαστέρα, Luc. fugit. 19 philosophi, etsi adulationem se odisse ipsi praedicent, tamen κολακείας ἕνεκα τὸν Γναθωνίδην ἢ τὸν Στρουθίαν ὑπερβαλέσθαι δυνάμενοι dicuntur. Dubitari sane potest qua ratione adhibita sint, utrum a passere in convivio adposito (Anaxandr. III 183 v. 64) an λαγνείας causa [2]) (Gnathonis apud Longum reminiscaris) an propter loquacitatem (ut Κόρυδος Athen. VI inde a p. 240 F), quas causas etiam vitae nomina tractans Sp. p. 8. 17. 63 Bechtel pensitat. Certius ad cibum recedunt

Ὠκίμων III 37. Κοπαδίων III 16. ὤκιμον herba vilissima sec. Pers. IV 22 et Eubul. III 228 (1), unde etiam Ὤκιμον meretrix Athen. XIII p. 570 E et 587 D (cf. etiam Eubuli locum) dicta propter herbae ad amorem stimulandi vim (Sp. 105 sq.). copadium vox graeco-latina est, modo τέμαχος (CGl L II 453, v. 13. III 219, 3. III 653, 11) modo κοπτόν (III 183, 47 et 48. 254, 64) modo κοπάδια (III 314, 48. 444, 11. 477, 56) versa, particula panis secundum glossas V 185, 19 et 20. III p. 659 colloq. Montepess. 20 sive cibi genus (II 138, 2P cl. cum V 377, 8) apud Apicium VIII 6 (copadia haedina vel agnina), VII 6 (ius in copadiis porcinis coquendum), Pallad. Hist. Laus. 1210 B, Apophth. Patr. 200 A commemoratum. Inde [3]) Κοπαδίων legitime

1) Sic omnibus aliis locis, tamen Στρουθίωνα III 7, 1 non est cur reiciamus.

2) Inde Στρουθίον meretrix Schol. Luc. catapl. 12,

3) Propinquum κόπαιον Alc. III 4, 4, cui loco frusti sensum optime convenire (praecipue propter εὐμέγεθες) contra Schepersium iudico.

deducitur nec quicquam mutandum, nedum epistularum inscriptiones cum Schepersio commutandae.

Ἁλοκύμινος III 22. Φιλογαρελάδιος III 22. Hic γάρον καὶ ἔλαιον (cf. Hesych. γαρέλαιον· γάρος καὶ ἔλαιον) amat, alter ἅλα et κύμινον, quae inter res a coco allatas Sot. III 585 (1) v. 7 enumerantur. Ibidem ἐλάδιον pro ἐλαίῳ.

Εὔκνισος III 16 et Κνισόζωμος III ad κνῖσαν, unde κνισοκόλαξ Asius ap. Athen. IV p. 125D, κνισολοιχός Antiph. IV 35 (2), Amphid. III 304 (2), Sophil. III 583 (2) (id. III 582 κνισολοιχίαν), κνισοτηρητής Anecd. Bekk. I p. 49, 13 parasitorum epitheta. Ζωμός quasi ioculare cognomen Anaxandr. III 177 (propter λιπαρότητα [1]) et Aristophont. III 357 (quia primus in cena [2]).

Βορβορόζωμος III 41. Ζωμεκπνέων III 4. Hic est qui tantum iuris edidit, ut vomens sicut in hac epistula Hetoemocossus cum iure paene animam exspiraret; potest etiam is dici qui iuris odorem exhalat. Sed quid est Βορβορόζωμος? Potest esse qui prae fame edendique cupidine etiam sordissimum ius devorat — similiter Philem. IV 26 sq. narrat de piscibus in cena appositis inter convivas certamen ortum esse ac, cum cibus prociderit, παρέλαβον ἰχθῦς ποταμίους ἐσθίοντας βόρβορον — an hominem ζωμῷ comparari (v. supra) accipiamus, qui adposito βορβορο — ut malus designetur? Cf. βορβορόθυμος, βορβορόπη vel -ῶπις latina convicia *lutum* Plaut. mil. gl. 325 Pers. 406, *meretrix lutea* id. Truc. 854. Mutare autem si quis praeferat, Metropuli Βολβόζωμος accipiat. Βόλβος saepissime edebatur, etiam amoris stimulus teste Athen. II p. 64 A.

Πανλάχανος fr. II. Λαχανοθαύμασος III 11 ad λάχανον cibum inter viliores ab Alexid. III 456 (1) v. 11 et

---

1) λιπαρὸς ζωμός Amips. II 707 (1).

2) Nihil tribus deficientibus syllabis ad ζωμός adnexum fuisse videtur.

403 (1) numeratum. Vilissimus ergo parasitus qui eum vel admiratur aut ut Panlachanus nimio edendo λάχανον ipse factus est. Ad formam Brinkmann τὸ πᾶν λίπος Theocr. III 18, Πυρρῶνα τὸ πᾶν κρέας Tim. Sill. fr. 16 Wachsm., γεωργία.. ὅλον ἕλκος Axioch. p. 368 C, Lais ἐκδῦςα ὅλη πρόςωπον φαίνεται Alc. fr. VI 3 mihi suppeditavit. Λαχάνων nomen rusticum Theophyl. ep. 29.

Ἐρεβινθολέων III 40. Θερμολέπυρος III 37. ἐρέβινθος cibus vilis teste praeter Alexid. III 456 (1) v. 13 et Crobyl. IV 569 (2) (τράγημα πιθήκου δυςτυχοῦς) proverbio ἐρεβίνθινος Διόνυςος quod de minimi pretii rebus adhibetur. Cicerem frictum inter potandum manducare solebant Graeci cf. Xenophan. p. 189 W. πίνοντα γλυκὸν οἶνον, ὑποτρώγοντ' ἐρεβίνθους et Pherecr. II 341 (2) τρώγων ἐρεβίνθους ἀνεπνίγη πεφρυγμένους. Ἐρεβινθολέων est qui cicerem tamquam leo devorat, ad formam Hercher Philol. IX p. 42 herbam nocentem ὀςπριολέων (Geopon. II 42) comparat. θέρμοι infimae plebis cibus (Athen. II inde a p. 55 C fusius), quare humillimus quisque ut Cynici θέρμων λεπυρῷ (v. λεπυρόν apud Suidam), lupinorum pellicula, famem explet.

Ῥαφανοχόρταςος III 26 est qui se satiat raphano et cibo (Aristoph. II 987 (8, 4). Antiph. III 101 (5, 6) et ebrietatis remedio (Nicoch. II 864 (1). Anaxandr. III 197 (6). Alexid. III 515 (22). Eubul. III 266 (9) Amphid. III 317 (2). cf. Athen. I p. 34 et Aristot. Probl. III 17). χορτάζειν ab origine saginare, medium in comoedia ut apud Cratin. II 95 (4) ad homines transfertur [1]). De forma cf. quae infra ad Κωνοποςφράντην adnotabo.

Ϲκοροδολέπιςος III 26. Ϲκοροδοςφράντης III 25 ςκόροδος alium herba vilissima, de qua Seiler necessaria adnotavit, etiam de forma contracta. Inspicias insuper

---

1) Cf. CGl L II p. 478, 3 χορτάζω saturo, satio et Athen. III 56.

W. Croenert, Mem. Graec. Herc. p. 132 et adn. 5. λέπιcoc (cf. λέπυρoc) ad λεπίζειν, Scordolepisus igitur alium deglubit, cκόροδα φαγεῖν (Ar. Lys. 690) solet. Scordosphrantes aut est qui alium redolet aut qui eius odorem sectatur.

Cτεμφυλοχαίρων III 10. Cτεμφυλοδαίμων III 6. Ῥαγοcτράγγιcoc III 6. Cτέμφυλα acini expressi et in parce viventium mensa Alexid. III 374 et in lautioribus cibis (Anaxandr. III 184 v. 56 in Iphicratis convivio) commemorantur. Ad Cτεμφυλοδαίμονα rectius quam βλεπεδαίμονα, Socraticorum adnomen, Copoδαίμονα An. Bekk. I p. 63, 10 (=ὁ ἐν cορῷ δαίμων) Meineke comparavit cf. etiam νεκυδαίμων chartarum magicarum, κοιλιοδαίμων Eup. II 487 (4 a). Est igitur quasi quidam δαίμων τῶν cτεμφύλων vel potius illorum δαίμων ei inest (cf. Athen. III p. 100 B ubi Ulpianus interrogat ὁ κοιλιοδαίμων παρὰ τίνι κεῖται ipseque Eupolidem (II 487 (4) M.) ita parasitos appellasse tradit et οἶνoc μ' ἔπειcε δαιμόνων ὑπερτάτoc Tryphon. de tropis VIII p. 739 Walz). Ῥαγοcτράγγιcoc acinos pressat. ῥάξ rarius, sed apud Platonem et Sophoclem invenitur. cτραγγίζειν· πιέζειν Hesychius.

Τουρδοcύναγoc III 28. Prima pars latina vox turdus apud Graecos inusitata et avis[1]) et piscis[2]) est graece κίχλη. Cum rarius cibi genus sint, eos cυνάγειν i. e. congregare lautioris est.

Θαμβόφαγoc III 20 ἔφαγεν ὥcτε θάμβoc εἶναι. Mnesimach. III 570 v. 50 μετὰ δεῖπνον θαυμαcτὸν ὅc' ἔcτ' ἀγαθῶν πλήθη quae devoravit.

3. Τοῦ μὲν πιεῖν γὰρ καὶ φαγεῖν τὰc ἡδονὰc ἔχομεν ὁμοίαc (Antiphan. III 133 (4) v. 5) etiam de Alciphronis parasitis valet, quippe quorum magna pars a bibacitate nomina traxerit.

---

1) CGl L II 551, 63. Athen. Ep. II p. 64 F sqq.

2) CGl L III 318, 20. 355, 59. Athen. IV p. 136 C VII p. 277 B et totum caput 71.

Πλατύλαιμος III 40. Λαιμοκύκλωψ III 15 tamquam si largum guttur (cf. πλατυαύχην πλατυκέφαλος πλατύκομος Πλατυνώμας Lycius servus CIG III 4321 C) habeant vel Cyclopi aptum, cui Ulixes ter vinum dedit, τρὶς δ' ἔκπιεν αἴθοπα οἶνον (Od. IX 361).

Διψαναπαυσίλυπος III 31. Ex παυσίλυπος [1]) sive quod idem est ἀναπαυσίλυπος adposito δίψα, quo dolor qui sit exprimitur, nomen effectum simpliciori Dipsas (Ovid. am. I 8, 4 vinosae lenae) haud dissimile. Aliter Knorr.: qui dolet, si sitis cessat (ἀναπαύεται).

Ἀκρατολύμας III 10. Οἰνοπνίκτης III 5. Οἰνοχαίρων III 5. Merum vinum quidquid dicunt Alexis III 386 et Men monost. 420 ne apud Athenienses quidem defuisse qui adamarent, vel ex comicorum versibus intellegitur[2]). Talis ἀκρατοπότης [3]) hic Acratolymas est cf. ἰχθυολύμαι Arist. Pac. 311. λύμας a λύμη significat τὸν τὰ παρατιθέντα λυμαινόμενον (Machon. IV 496) epulando vel bibendo ea consumentem et conficientem. Oenopnictem nescio utrum vinum strangulantem, i. e. consumentem an vino suffocatum melius explicemus. Oenochaero dilucidum. Ceterum Οἶνος Bacchus ipse Heyd. p. 57, Οἰνεύς Οἶνις Οἰνόη Οἰνόφιλος eius socii.

Οἰνόλαλος III 21 et Ποτηριοφλύαρος III 21. Vinum homines loquaces reddit (φιλολόγους Alexid. III 512

---

1) τὴν παυσίλυπον ἄμπελον Eur. Bacch. 772. Cognomen Iovis Soph. fr. 392 Nauck. villae nomen Pollionis patris Plin. III 6 (12), lapis dolorem finiens Plut. de fluv. et mont. nom. 11, 2.

2) Ar. Eq. 85. Acharn. 73. 75. Anaxandr. III 162 (2). Alexid. III 385 (4). Theophil. III 699 (1). Philem. IV 29 (3). De meri vini vi nocentissima medicus ap. Athen. XI p. 483 F. μέθη sequitur secundum Alexid. III 500 (1) aliudque malum, quod Men. IV 88 (2) describit: ἀνίσταμαι γοῦν τέτταρας κεφαλὰς ἔχων.

3) Graecorum de illo opinionem v. ex Herodot. VI 84. Heros eius nominis extitit teste Polemone apud Athen. II p. 39 C.

(17) cf. Men. IV 256 (83)). Poteriophlyarus iam ad aliud genus pertinet nominum a vasis vel suppellectile derivatorum. Ita

Κυπελλιστής III 20. Κοτυλοβρόχθιcoc III 5. Χωνοκράτηc III 16. Primus κυπελλοχάρων (Eustath. ad Od. XV 120 p. 1776, 32), alter qui poculo guttur colluit. A κοτύλη nomina iocularia Zenonis tyranni Κοτυλᾶc Ioseph. ant. Iud. XVIII 18, 1, Κοτύλων Varii τινὸc τῶν (Antonii) cυμποτῶν Plut. Ant. 18. Ad Χωνοκράτην, cuius κράτοc ἡ χώνη, Seiler Diotimi agnomen Χώνη comparavit, quod ἐντιθέμενοc τῷ cτόματι χώνην ἐπιχεομένου οἴνου (Athen. X p. 436 E) accepit.

4. Nec minus iocularia nomina parasitica ad ollam patinum catinum recedunt. cf. catillo pro helluone Fest. Paul. p. 44, 12 M. Lucil. 1176 Marx. catillare Plaut. Cas. 552. *animus est in patinis* Ter. Enn. 816.

Πατελλοχάρων III 18. Πινακοcπόγγιcoc III 27. Λειχοπίναξ III 8. πάτελλα vox latina a Graecis recepta Polluc. VI 85. X 107 sq. CGl L II 399, 42. III 326, 39. 650 n. 20, usitatius πατέλλιον πάτελλον BGU III 781 VI. πίναξ iam apud Homerum pro patinis. Πινακοcπόγγιcoc (ita recte Hercher ex Veneti -cπογγίωι) catinos quasi spongia deterget nihil in iis relicturus. Quare simillimum Peniculus (peniculus spongiae genus) Plaut. Menaechm. 77 ac Λειχοπίναξ ipsum quod Batrachom. 100 et 239 muris est. Ib. v. 29 Λειχομύλη, 202 Λειχήνωρ.

Χυτρολείκτηc III 18. Ἐφαλλοκύθραc III 28. Illud est qui ollam lingua deterget [1]), hoc Batrachomachiae Ἐμβαcιχύτρῳ simillimum. De forma κύθρα pro Attico χύτρα Ionico κύθρη in lingua quae dicitur κοινή usitata cf. Croenert Mem. Gr. Herc. p. 82 adn. 3.

---

1) Carm. ep. lat. 33 *non gustat pernam, lingit ollam au caccabum.*

Λοπαδέχθαμβος III 11 qui nihil nisi λοπάδας [ἐκ] θαμβεῖ; alioquin enim parasiti est nil admirari: μὴ θαυμάσῃς· τῶν γὰρ προτενθῶν ἐσμεν Pherecr. II 256 (3). Ad rem compares λοπαδάγχην Eubul. III 269 (16), λοπαδοφυσητήν Athen. IX p. 387 B, λοπαδαρπάδην AP app. 288 parasitorum epitheta, de forma ἐχθ pro ἐκθ Croenert l. c. p. 56.

5. Quasi pugnatores fortes parasiti nominantur Γρόνθων III 16, 1. Ἀρτοπύκτης III 14. Λιμοπύκτης III 34. Ῥιγόμαχος III 29. Ἀριστόμαχος III 13. Θρασυκύδοιμος III 34. A γρόνθῳ (=πύξ) parasitus qui verbera illo adlata tolerat (πληγὰς ὑπέμενον κονδύλων Axionic. III 534 (1) Γρόνθων appellatur, bene etiam πύκτῃ comparatus. De pane pugnat Ἀρτοπύκτης, contra vel propter famem Λιμοπύκτης (τράπεζα πολεμία λιμοῦ Timocl. III 599 (2)), et quasi λιμῷ καὶ ῥίγει μαχόμενος (Xen. Cyr. VI 1, 15) etiam Ῥιγόμαχος apte vocatur ex appellativo AP XI 155 (ad rem cf. ep. III 6 et Iuven. V 71 sq.). Ἀριστομάχῳ, vitae nomine, et qui optimus pugnat et qui de prandio certat, τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων (Eupol. II 489 (7)) unus describitur pugnator etiam bellicoso nomine Θρασυκύδοιμος, in quo epicum κύδοιμος parodice adhibitum est. Ad universum hoc nominum genus bellicosum cf. Mnesim. III 577 συμπόσιον πολέμου παρασκευήν et Iuven. V 26 sqq. de vulneribus in convivii pugna acceptis.

6. Ceterum variae sunt parasitorum artes, varia vitia, unde nomina ducantur. Αὐτόκλητος III 9. Quod est in proverbio: ἀκλητὶ κωμάζουσιν εἰς φίλων φίλοι (Zenob. II 46) id sibi ipse vindicat. Hesych. αὐτόκλητοι· ἀπάγγελτοι, idem ergo atque ἄκλητος. Ita de Chaerephonte Apollod. Car. IV 449 κἂν γὰρ μὴ καλῶ, ἄκλητος ἥξει. cf. Cratin. II 38 (3 et 4), Aristophan. II 1057 (5), Antiphan. III 111 v. 7 [1]), Αὐτοκλῆν parasitum Theophil. III 627.

1) ἄκλητος μυῖα. cf. Plaut. Capt. 69. 70 *iuventus nomen indidit Scorto mihi, eo quia* invocatus *soleo esse in convivio.*

Γυμνοχαίρων III 30. Qui (secundum epistulam ipsam) nudis maxillis i. e. barba rasa gaudet, etsi capite nudo dolet: nam parasito „pulsandum vertice raso caput“ (Iuven. V 171) proprium, quare in vasis Graecis calvus depingitur. Exempli causa parasiti figuram spectes qualis in codicis Terenti Vaticani imaginibus velut ad Phormionem additis editionis Dziatzko-Morgan-Greenought Cantabrigiae 1894 tabulis IX XXIII XXIV XXVI apparet (Wieseler Theatergebäude u. Denkmäler des Bühnenwesens, Göttingen 1851, tab. X 7).

Λιμέντερος III 23. Ἰσχνόλιμος III 38 parasiti famem denotant, quam visceribus patitur, fame macer. cf. Plaut. Capt. 133 macesco . . . ossa atque pellis sum, miser a macritudine.

Ψιχοδιαλέκτης III 9. Ψιχοκλάστης III 7. Ψιχόμαχος III 35. Talis homo vel miculis contentus est, quin etiam acriter de iis pugnat. Ψιχοκλάστης miculas edendas iterum frangit, cum Ψιχοδιαλέκτης e toto numero quae ei usui esse possunt eligat. Ψιχάρπαξ Batr. 24. 27. 105. 141. Crimnus (ad κρίμνον) Plaut. Trin. 1021.

Ἀρτεπίθυμος III 3. Τρεχέδειπνος III 2. Ἑτοιμάριστος III 19. Τραπεζοχάρων III 10. Τραπεζολείκτης III 9. Ὑπνοτράπεζος III 24. Omnia vix explicatione egent. Ad Ἀρτεπίθυμον = ἄρτου ἐπιθυμοῦντα Batrachom. 258 Ἀρτεπίβουλος, 211 Ἀρτοφάγος, Plaut. Mil. parasitus Artotrogus, ad Τρεχέδειπνον, quae vox ut appellativum[1]) Athen. VI p. 242 D legitur, simillima ἐπιθυμόδειπνος, φερέδειπνος, φιλόδειπνος (Alexid. III 458) comparentur. Praeter paratum ad prandium et mensa gaudentem Τραπεζολείκτης humillimi generis est, quippe qui pro patinis

---

1) Glossae „cupidicenus“ vertunt v. CGl L VII. trechedipna Iuven. III 67; „vestimenta parasitica vel gallicula currentium ad cenam“ scholia explicant.

ipsam mensam detergeat. Contra Ὑπνοτράπεζος non bene artem novit, inter cenam obdormiscere dicitur ut Eteocles philosophus III 19, 7. Seileri Ἰπνοτράπεζος minus placet. furnus vel culina (ἰπνὸν μαγειρεῖον esse Harpocratio dicit) et mensa non optime coniunguntur.

Πηξάγκωνος III 29. Τρικλινοσάραξ III 33. Hor. C. I 27, 6 (cubito remanete presso), Petron. 27 (hic est apud quem cubitum ponetis), Luc. Lexiph. 6 (ἐπ' ἀγκῶνος ἐδειπνοῦμεν) memores Πηξάγκωνα eum agnoscemus, qui ut miles hastam ita cubitum pulvinari infodit, ne loco removeatur. Alterum nomen in Veneto exit in -σάξ (a σάττω), hic est qui triclinium farcit i. e. replet atque intellegendae erunt illae σκιαί (Plut. quaest. conviv. VII 6, 1) supplementi causa ad convivium advocatae, quae umbrae (Hor. sat. II 8, 22) latine vocantur. Ceteri autem codices exhibent terminationem -σάραξ. Hoc formatum est ad modum vocum contumeliosarum velut στόμφαξ πήλαξ πλούταξ, revocandum igitur videtur ad σάρον cf. etiam σάραγος· ὑπηρέτης ὁ σαρῶν τὰς δημοσίας στοάς Hesych. Iam vero glossis graeco-latinis traditur CGl L II 429, 50 σάραξ [1]) tinea atque huic parasitus qui vere σητᾷ (σητώμενα· βιβρωσκόμενα Suidas) quasi edax optime comparatur. Cf. Aur. Vict. epit. 41, 10 (Licinius) spadonum et aulicorum omnium vehemens domitor tineas soricesque palatii eos appellans.

Ἑτοιμόκοσσος III 4. Κοσσοτράπεζος III 33. Huius τράπεζα (de eo quod edendum adponitur iam Herodot. I 62) κόσσοι sunt i. e. ῥαπίσματα teste Suida, ille paratus τὰ ῥαπίσματα φέρειν (Alc. ep. III 3, 1) *colaphos perpeti* potest (Plaut. Capt. 88). cf. etiam Iuven. V 172 *pulsandum praebebis caput nec dura timebis flagra pati.*

---

1) Haud sine veritatis specie Heraeus VII 635 in indice coniicit III 431, 59 αραζ gurgulio σάραξ legendum esse. antecedit v. 58 ψιμος pulex, sequitur v. 60 φθιρ pedunculus. cf. v. 52 βάθραζ, 65 μυρμιζ.

Καπυροσφράντης III 38. Καπνοσφράντης III 13. Κωνωποσφράντης III 38. Καπυρόν caro fumo siccata, haud parvi aestimata, χοιρίων σκέλη καπυρὰ ἀστεῖον ἄριστον Antiphan. III 100 (2), καπυριστής pro lurcone Strab. XIV 661, quem cibum parasitus odoratur quasi canis (ut Hor. Epod. 6, 10 translate ʻproiectum odoraris cibumʼ). Similiter Capnosphrantes fumum sectari dicitur quippe qui culinam et convivium ostendat cf. Diphil. IV 402 (2) v. 4 τηρῶ τοῦ μαγείρου τὸν καπνόν, Cratin. min. III 374 (1) καπνός τ' ἐξέρχεται εὐωδέστερος, imprimis anon. IV 630 (102) de comoediae καπνοσφράντῃ [1]). Sed num in Conoposphrante eundem partis οσφραντης sensum quaerere liceat est cur dubitem. Nam etiam de parte πνίκτης similiter dubitandum erat, utrum suffocatorem an suffocatum designaret. Ex quinti sane vel quarti saeculi usus πνίκτης nihil esse potest nisi nomen agentis, activo ergo non passivo sensu praeditum. Sed Oenopnictem melius esse qui vino suffocatur non erit qui neget neque ita explicare quisquam dubitabit posteriorum temporum verbi generis mutandi usum reputans quo fit ut transitiva verba intransitiva vel reflexiva exsistant, activi formae reflexivo sensu adficiantur. De ea re praeter Radermacherum in editione Demetrii Phalerei p. 108 imprimis Buresch Philol. LI p. 428 sqq. egit, qui *ein wichtiges Kapitel der hellenistischen Grammatik* nominat *die Fähigkeit vieler Verben, zugleich transitiv* (*causativ*) *und intransitiv gebraucht werden zu können, welche Fähigkeit im Neugriechischen bekanntlich eine enorme Ausdehnung genommen hat.* De neograecitatis in hac re usu v. Hatzidakis Einl. i. d. neugr. Gr. Lipsiae 1892 quae p. 195 sqq.

---

1) Cf. etiam fumi sensum proverbialem, qualis sequitur ex Mart. VI 5, 7 fumos vendere. Schol. Arist. Av. 822 ὅτι πολλὰ ὑπισχνόμενος οὐδὲν ἐτέλει. Schol. Ar. Vesp. 325 πτωχαλαζόνες dicuntur καπνοί. Inde Καπνός nomen personale AP VI 34 et convicium fluxit.

docet titulis superscriptis his: *Medialformen st. der Aktivformen, Konfusion der Aktiv- u. Medialformen, Verba transitiva st. d. intransitiva*[1]). Reflexivum sine dubio activi formae tribuitur nomine Ῥαφανοχόρτασος. χορτάζομαι veterioris graecitatis est, Alciphro mutationem iam novit quam testatur neograeca lingua v. Hatzidakis l. c. p. 203. Quare etiam πνίκτης suffocatus[2]) esse atque ὀσφράντης redolendi sensum exhibere potest quam testatur verbo ὀσφραίνεσθαι Dioscor. I 52 et II 162 confirmatque quodammodo activi usus ὀσφραίνω odorari Galen. X p. 595, 13 et al. cf. Hatzidakis p. 198. Tunc Conoposphrantes melius quam qui vel culicem odoratur, is intellegitur qui illius animum redolet, bestiolae molestissimae de qua Plaut. Curc. 500 *ut muscae culices cimices pedesque pulicesque odio et malo et molestae, bono usui estis nulli.* Similiter δειπνεῖν ἄκλητος μυῖα de parasito Antiphan. III 111 v. 3, musca de hominibus molestis Plaut. Poen. 690, Cic. iocatus in molestum de orat. II 60, 247 *puer abige muscas.* Κωνώπιον meretrix AP V 23. Κώνωψ servus Ach. Tat. II 22. Plauti Curculio[3]) parasitus. Ψύλλα serva Herond. mim. VIII[4]).

Σκοτίων et Σκορπιάδης II 30 etiamsi Schepers illam epistulam inter rusticas posuit (iniuria, nihil rustici inest), mere parasiti sunt, unde etiam nominantur. Ut Arched. IV 435 Nicostratae meretricis agnomen Σκοτοδ(ε)ίνη inde ducit, quod δεινὴ sit ἀργυροῦν ἐν τῷ σκότῳ ita hic

1) De latinae linguae similitudinibus v. Wölfflin Arch. f. lat. Lex. X p. 1 sqq. Elter Rh. Mus. XLI p. 538 sqq. Friedlaender ad Iuven. III 23.

2) Similis igitur in Oenopeicte Bucopnicte partis πνίκτης sensus atque exprimitur Ar. Eq. 940 ἐναποπνιγείης, Pherecr. II 341 (1) τρώγων ἐρεβίνθους ἀνεπνίγη, Luc. navig. s. vot. 22 οἱ δὲ ἀποπνιγήσονται οἱ πλούσιοι.

3) Curculio σκνὶψ ὃν τινες μὲν ἀγριομύρμηκα λέγουσι, τινὲς δὲ εἶδος κώνωπος CGl L VI 297.

4) Cf. Buechelerum ad l.

parasitus Scotio quasi tenebrio dicitur vel nebulo, sive simpliciter cκοτίαc (cf. Hesych.) intellegitur sive insuper quasi libidinosus calumniatur cκοτίαc Κύπριδοc (AP VII 51) amator [1]). Cκορπιάδηc idem est ac Cκορπίων de quo Sp. p. 59, h. l. qui scorpiones edit [2]), iracundus igitur ex proverbio de quo cf. Leutschium ad Macar. VII 72. Itaque non solum propter capitis malum μέθην [3]) detestatur, qui fortasse ebrius ὀργίζεται, παράcιτοc ὢν ὀργίζεται (Diphil. IV 412 (2)).

Κρεολάβηc III 15. Μαππαφάνιcοc III 12. Ἀριcτοκόραξ III 32. Πλακουντομύων III 31. Schepersii Κρεολώβῃ Veneti Κρεολάβην et propter formam [4]) et propter sensum praefero: κρέαc λαβεῖν dicitur ut Babr. fab. 130 vulpes. Clarius furandi notio nomine Μαππαφάνιcοc exprimitur. Ad rem cf. ep. III 10, 3. Mart. XII 29, 11 (Hermogenes mappae fur). Catull. 12, 3 (*tollis lintea neglegentiorum*). Mappa latina vox ut bucca: βουκίον, turdus, patella in graecam linguam recepta legitur Lyd. de mag. I 32 p. 33, 8 Wuensch. Malal. 412, 13. Cedren. I 297, 17. mappion Charis. 553, 24 Keil. CGlL II 523, 26. Etiam Ἀριcτοκόραξ prandii corvus fur est, qualis κόραξ antiquitus

---

1) Aliter cum tenebris parasitus rem habet Epicharmi fr. 35 Kaib. qui queritur ἕρπω δ' ὀλιcθράζων τε καὶ κατὰ cκότοc ἔρημοc.

2) cκορπίοc cibus apud Platon. II 673 (1, 20) Henioch. III 561 v. 5 Mnesim. III 570 v. 45.

3) οἷον κακὸν ἡ μέθη § 1.

4) Terminatio -ηc offendere nequit. Nam si ultima pars a verbo trahitur, frequentius apud Alciphronem -ηc legitur — Ἀρτοπύκτηc Βουκοπνίκτηc Ἑκτοδιώκτηc Τραπεζολείκτηc al. — quam -οc velut Ἀρτεπίθυμοc Ἀριcτόμαχοc. Contra a substantivo vel adiectivo terminatione -οc saepius derivatur quam -ηc: Ἁλοκύμινοc Βορβορόζωμοc Διψαναπαυcίλυποc Πηξάγκωνοc Ἐφαλλοκύθρηc. Praesertim cum verbi vis claro sentitur, -ηc nominis quod dicitur agentis forma quadrat.

perhibebatur (Cratin. II 63 (3)) [1]). Πλακουντομύων placentarum fur est cibi maxime optati v. ep. III 59. Hor. sat. II 8, 24 *Nomentanus ridiculus totas simul absorbere placentas*. Mus furis imago est non solum apud nostrates (inde lenius ‚mausen'), sed etiam in proverbio graeco μῦς ἐν πίσσῃ de mure sumpto qui picem gustare conatus in ea inhaesit (aliter Suidas) vel μῦς γεύμεθα πίσσης Theocr. XIV 51 cf. Schol. [2]). Ceterum parasitos furta facientes v. III 10. 11. 17. Iuven. V 39 sqq.

Ἑκτοδιώκτης III 1 et Ὡρολόγιος III 11 cenae horam accurate observant, hic *der nach der Uhr sieht* Ribb. Col. p. 35, ille qui sextam (horam, prandii tempus) sectatur, quare cum Schepersio faciam, cum nomen antea in ep. 2 inscriptione traditam in primam reduxit, quippe quae incipiat ὁ γνώμων οὔπω σκιάζει τὴν ἕκτην κτλ.

Κεφαλογλύπτης III 12. Primo obtutu qui capite scandit κεφαλῇ γλύφει videtur, sive amygdala et talia (Aristoph. III 1178 τὰς ἀμυγδαλᾶς . . κάταξον τῇ κεφαλῇ σαυτοῦ λίθῳ) sive ollas cogitamus, quas in caput frangi parasito patiendum esse Plaut. Capt. 89. Curc. 398 (inde *duri capitones* Pers. 60) docent. Sed melius fortasse qui „caput scalpit" (scalptor γλύπτης CGl L III 472, 70 γλυφεύς ib. 367, 37) intellegimus. Ut Calvus apud Sen. controv. VII 4 (19) 7 Pompeium, qui „uno digito caput scalpebat", hominem mollem designare videtur [3]) ita etiam hic para-

1) Nominis Κόραξ causas v. Sp. 28 et 42.

2) In vocibus μύδιον et μυοπάρων piratarum naviculis non ob hanc solam muris virtutem prior pars adhibita videtur, non minus celeritas aliaeque muris virtutes comparuntur. Cf. Buecheler Rh. Mus. LIX p. 323 *Die Metapher ist unsern Sprachen geläufig für ein flinkes sachtes heimliches diebisches Ding*.

3) Quae explicatio insequentibus „quid credas hunc sibi velle? virum". contrario „virum" confirmatur. Schol. Lucan. VII 726 inter luxuriam et superbiam haesitant. Cf. A. Weichert. poet. lat. reliq. Lips. 1830 p. 134 sq. imprimis adn. 32.

situs describitur, cui μετὰ γέλωτος ὁ βίος καὶ τρυφῆς (Antiphan. III 79 (2)), idem fere ac

Σαρδανάπαλλος III 16, 1. Nam illi Assyriorum regi proverbialiter homo mollis comparatur: Aristoph. Av. 1021 et Schol. Luc. saepius velut Iov. trag. 48. Apostol. XV 33 Σαρδαναπάλλου βίος. Suid. in v. καταγηράσαις Σαρδαναπάλλου τρυφερώτερος. Similiter

Κύναιθος III 7, 1 ex veri hominis nomine, Demetrii scilicet Poliorcetae parasiti, paene appellativum factum est ita Luc. imag. 20 et 22 τοῦ Κυναίθου κολακικώτερος usurpatum.

Φιλάπορος III 35 ex epistula intellegitur ut φίλων ἄπορος sive patronorum [1]) sive sociorum, qui chori membro plaudunt. Potest etiam insuper φιλότης sentiri ἀπορίας, quam servituti se praeferre facto demonstravit [2]).

Εὔβουλος III 39. Γέμελλος III 39. Μανδυλοκολάπτης III 2. Φρυγοκοίλης III 41. De his quattuor coniecturas tantum caute proferre possum. Εὔβουλος homo εὐβουλίᾳ (Theopomp. II 813 v. 4 ἡ τρὺξ ἄριστόν ἐστι εἰς εὐβουλίαν. Antiphan. III 8 οἶνος ἄγει τὴν τόλμαν εἰς τὸ πρόσθε τῆς εὐβουλίας) [3]) praeditus, qui sibi ipse bene consulit ut Petron. c. 38 ille „est tamen sub alapa et non vult sibi male" [4]). Neque igitur mutatione opus est Εὔβο-

---

1) Illi φίλοι Eubul. III 261 (1) v. 5. Contrario parasiti se patroni amicos gloriantur, etiamsi plerique magis περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλοι (Eupol. II 489 (7)).

2) Ita cum utraque pars explicari possit, cum Meinekio φιλο- ad intellectum fere abundare non putem.

3) Insequenti versu ad εὐβουλίαν alluditur νύκτωρ δ' αναστὰς ἔτυχεν ὧν ἐβούλετο.

4) Denotatur ne parasitus? „est sub alapa" nominibus Ἑτοιμόκοσσος similibus comparatis ita explicari potest. Quamquam „valde sucossus" est, „tamen" Trimalchioni adulatur tamquam parasitus, suo scilicet commodo: „non vult sibi male". Tum sequens „itaque" liberius adnectitur.

λoc (ab aleae iactura ep. III 6 et 18, 1 commemorata), quod quamquam per se aptum, tamen quoniam I. libro alio sensu piscatori inditum est ab hoc loco abhorrere videtur. In Gemello non cum Knorrio verbum γέμειν sed latinum gemellus[1]) quaeram adiectivum ac non solum Romanorum sed etiam Graecorum nomen proprium (Δίδυμος ὁ καὶ Γέμεινος Pap. Amsh. II 66, 34 Γεμέλλου Pap. Lond. II 28, 295), ita ut parasitus denotetur unus pro duobus numerandus sicut Philocrates Eubul. III 261 v. 3 ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι μεγάλους, μᾶλλον δὲ τρεῖς[2]). Mandylocolaptis μανδυλο- hac forma alibi non invenitur, simillimum μάνδαλος est vel μάνδαλον secundum glossas CGl L II 364, 43. 149, 48 pessulus vel repagulum CGl L II 173, 45, quod etiam posteriores scriptores testantur[3]). Adposito κολάπτης (κολάπτω cudo II 352, 11. 118, 28) parasitum fortasse licet intellegere, qui nimia intrandi cupidine *repugula pulsat* (sic de solis equis avolaturis Ov. Met. II 155), ex qua virtute talis apud Antiphan. III 116 θύρας μοχλεύειν σεισμός appellatur[4]). Phrygocoeles si recte traditur explicandum videtur conlatis et adiectivo κοιλιογάστωρ „esuriens" et locutione ὑπὸ δίψους φρύγεσθαι, quamquam qua ratione duae illae vocabuli partes compositae sint, non satis perspicitur. Certe autem quae viri docti coniecerunt Φυσίκιλλος Φρικο- vel Ῥιγοκοίτης Φρικοκοιλίας et nimis recedunt a lectione tradita nec propter significationes idonea sunt ad proferendum.

---

1) Differentia quamvis minima exstat inter geminus et gemellus. gemina legio vulgo duplex, contra Caesar bell. civ. III 4 „legionem factam ex duabus gemellam appellabat".

2) Plaut. Men. 223 de parasito: *octo hominum munus facile fungitur.*

3) Mutatione abstinendum videtur. -υλο- alio suffixo idem ac μάνδ -αλος esse potest. Si Μανδηλο- (ad mantelium) scriberemus, mutatio vix facilior esset nec -κολάπτης explicaretur.

4) Parasitus nimis pultans Plaut. Men. 179.

6. Denique si de ratione quaerimus, qua in hoc libro nomina epistularum inscriptionibus imposita sint, eandem esse atque antecedentibus constat. Rarissime ipsa epistula respicitur, ita soli Οἰνόλαλος 21, qui οὐκ εἰς δέον οἰνώμενος ineptias dixerit, et Γυμνοχαίρων 30 nomen acceperunt. Neque alia res — ut iam nunc de quarto libro dicam — de amatoriis nominibus, inter quae talia omnino desunt, nisi Νευρίδα III 31, 1 et Σαλακωνίδα II 24 ex re in epistula de ipsis narrata nominatas esse putemus. At nominum in eadem inscriptione positorum quendam conexum etiam hic saepius invenimus, magis quam in libro IV, ubi Μενεκλείδης Εὐθυκλεῖ 10 similia, in III in quo Ῥαγοστράγγισος Στεμφυλοδαίμονι 6 Ψιχοκλάστης Βουκίωνι 7 Οἰνοπνίκτης Κοτυλοβροχθίσῳ 5 Κοπαδίων Εὐκνίσῳ 16 Ἀκρατόλυμας Χωνοκράτει 17 Χυτρολείκτης Πατελλοχάροντι 18 Αὐτόκλητος Ἑτοιμαρίστῳ 19 Οἰνόλαλος Ποτηριοφλυάρῳ 21 Λιμέντερος Ἀμασήτῳ 23 idem fere vitium designant atque Ἁλοκύμινος Φιλογαρελαδίῳ 22 Θαμβοφάγος Κυπελλιστῇ 20 sensus, Στεμφυλοχαίρων Τραπεζοχάροντι 10 formae dissimilitudinem praebent.

d) Quarti libri et ceterorum nomina amatoria.

1. Meretricum ex rerum memoria notissimarum nomina vix egent explicatione. Λαΐς fr. VI duarum nomen, quarum utraque et ἡ νεωτέρα et ἡ ἀρχαία praesertim in comoedia frequens. Nec semper secernuntur, simpliciter Lais saepius affertur velut in Ael. var. hist. et AP et apud epistolographos. Mox quasi scorti exemplum facta est velut saepius in AP ac Luc. ver. hist. II 18. Quin etiam paene appellativi loco adhibetur a Mart. XI 104, 21 compluribusque aliis. Φρύνη IV 2, 1. 3. fr. III in Alciphronis mente illa celeberrima est cuius lis notissima.

Occurrit in comoedia, meretricis appellativum velut apud Luc. Catapl. 22. Θαΐς IV 5, 6. 11, 2 Alexandri Magni amica (Athen. XIII p. 576 D et 585 D), a qua Hipparchus et Menander[1]) fabulas, Terentius Eunucho S. Turpilius Philopatre (v. 187 Ribb.) personas nominarunt. Pervenit etiam ad Romanos Propertium Martialem, appellativum fere est Luc. rhet. praec. 12 dial. mer. 1. cf. etiam Aristaen. II 16 Iuven. III 93 et Schol. Anth. lat. n. 794, 47 Riese. Λέαινα fr. IV Harmodii celeberrima amica (Fr. p. 97 sq.), alia Demetrii scortum. Leaena et Luc. dial. mer. 5 et Plaut. Curc. persona. Λεόντιον IV 14 Epicuri amicam v. Useneri Epicur. p. 411. Teste Athen. XIII p. 597 A complures meretrices ita nominabantur. De nomine Fr. p. 87. Λάμια IV 13. 14. Demetrii amica Plut. vit. Dem. 27, Athen. IV p. 128 B et XIV p. 615 A. Eius facete dicta ib. XIII p. 577 EF, Aelian. v. h. XIII 9 cf. XII 17. De nominis origine v. Fr. p. 83 sq.[2]). Γλυκέρα IV 1. 11, 1. 15. 16. Eam Menandri amicam fuisse κοινόν (Athen. XIII p. 594 D) ex eiusdem comoediis factum videtur. Invenitur apud Luc. dial. mer. 1. Aristaen. I 22 II 3. Hor. c. I 19, 5. Martialem saepius. Num semper eadem intellegenda sit dubium; complures exstitisse non solum Athenaeus tradit, testatur etiam praeter Glyceram AP XVI 240 Glycerium Athen. XIII p. 582 D et Ter. Andr. etymum meretrici aptum. cf. Fr. p. 44. Βακχίς IV 1. 2. 3. 4. 10. 11 meretrix olim αὐλητρίς Athen. XIII p. 595 E, persona Luc. dial. mer. 4 Terenti Heautontimorumeni, saepius apud Plautum et Terentium[3]). Γνάθαινα IV 13, 2. Inter complura

---

1) Cf. Alciphr. IV 16, 19.

2) Posteriores quidem Graecos nomen a bestia inditum putasse Hesychii nota docet λάμια· θηρίον. καὶ γυνή τις οὕτω καλουμένη Λίβυσσα. eadem in anecd. Bachm. 287, 25.

3) Fr. p. 55 deest nec p. 140 nisi uno testimonio suppletur. Addo IG II 2919 Ἡρακλεῶτις. 3206 Μιλησία. VII 856. 857. 858.

scorta unum Diphili amicam νόμου cυccιτικοῦ auctorem Athen. XIII p. 579 C et 584 B testatur, cuius facete dicta eodem teste Lynceus Samius collegit. Frequens in comoedia, quae etiam Γναθαίνιον (eius neptim teste Athen. XIII p. 581 A) novit. De nomine v. Fr. p. 40. Ἑρπυλλίc IV 6, 2. 9, 2 Aristotelis amica secundum Diog. Laert. V 1. Suidam in v. Ἀριcτοτέληc. Athen. XIII p. 589 C, quae utrum ex ave (ἑρπυλλίc· τέττιξ Hesych.) an de herba (sic Fr. p. 106 sqq.) nomen invenerit dubium. Πλαγγών II 19, 3. fr. V 11 ex blanda appellatione „pupula" ortum Fr. p. 115 [1]). Celeberrima meretrix Athen. XIII atque ab Anaxila et Timocle commemorata, aliae AP V 102. Charit. Aphrod. II 2, 1. Alc. II 19, 3 canis. Similiter meretricibus et canibus communia Γνώμη (Athen. VI p. 245 D et Xen. cyn. VII 3), Ἀκαλανθίc (III 28, 3 et Ar. Pac. 1044), Μυρρίνη (IV 4, 9 et Luc. de merc. cond. 34). Θρυαλλίc IV 11, 2 denique nonnisi ex Gorgiae scortorum indice Athen. XIII p. 583 E nobis nota est. De nomine quod comoediam sapit v. Fr. p. 122. Μυρρίνην v. infra.

2. Propter significationem meretricibus idonea sunt:

Μέλιccα fr. V. Per se honestum (Semon. Amorg. v. 83 ἐκ μελίccηc probam feminam natam dicit), sed meretrix Athen. XIII p. 578 A et C. Luc. dial. mer. 4. Aristaen. II 14 (Μελιccάριον I 19 [2]). AP V 27. 32 (ad nomen alluditur) causa Fr. 97 bene explicata.

Μοcχάριον IV 11, 2 ad μόcχον (Fr. 88), ortum ex blanda allocutione, cuius exemplum Pl. Asin. 666 „dic me tuum esse vitellum". Moschis meretrix Afran. v. 136

1) Masculinum Plangon non exstare docuit Wolters Rh. Mus. 58, 154. Femininum IG II 2473. 3293. III 3468. IV 772 b col. A II 12 et I 29. VII 481. 303 Ὠροπία.

2) Quod nomen, cui inhonesti aliquid inhaeret, cεμνῇ facta nobiliore Πυθιάc commutavit.

Ribb. Πετάλη IV 7. et fr. V. Fr. p. 101 iniuria ad πέταλον relata potius ad adiectivum πέταλος [1]) redit, quo quod patet designatur, imprimis boum cornua vel boves ipsi πέταλοι μόσχοι Athen. IX p. 376 A. Sed dubium est, utrum per iocum muliercula, quae omnibus pateat, significetur an ipsa *patula bos*, quam Plautus *bovem appellat, cuius cornua diversa ac late pateant* (Fest. p. 221 M), comparetur velut Pl. Truc. 297, ubi Astaphium cum patula bove a rustico servo componitur. Bubus homines etiam Pl. Mil. gl. 304. Ovid. Her. V 117. Horat. c. II 8,21 atque in vero nomine Βούδιον (Fr. p. 87) conferuntur. Hesychius Πετάλα· ὄνομά τι. καὶ βοῦς θήλεια (sic M. Schmidt). Petale AP IX 245 πικρόγαμος, Aristaen. I 25 ex Alciphrone, Propert. V 7, 4. 43 serva.

3. Ex herbis earumve partibus orta sunt: Μυρρίνη IV 4. 9. 11, 2 v. Fr. p. 103. Et honestis (Arist. Eq. 449. Lys. 69 sqq.) et meretribicus convenit (Alc. fr. V 1 κυπαρίττια καὶ μυρρίνη ἐρωτικοῦ κτημάτιον), quae duae apud Athen. XIV p. 567 F et 590 C inveniuntur. Myrrhina Schol. Ar. Plut. 149. Nub. 109. Eupol. Autolyco. Aristaen. II 15. Luc. de merc. cond. 34 (canis). De Romanorum comoedia v. Schmidt p. 197. — Φυλλίς III 9, 1 ψάλτρια. Eadem Horat. c. II 4, 14 serva IV 11, 3 amica. Propert. IV 8. Mart. X 81 XI 29 XII 65 AP V 265 meretrix. Ex hoc usu erotico (v. Rohde D. gr. Roman p. 39 A. 3) fortasse mythica Demophontis amica nomen cepit primum ni fallor in Ovid. Her. II 96 commemorata, Luc. de salt. 40 pantomimi argumentum [2]) — Ὑακινθίς III 12, 1 ut Hy-

1) Hesychii glossa πεταλοῦνται· ἐξυπτιῶνται. τρυφῶσιν uti non licet, cum potius ad πεταχνοῦνται (Photii πεδαχνοῦνται) referenda sit. V. Schmidtii adn.

2) Recedit eo recentiorum Germanorum poetarum mos qui amicae proprio nomine utuntur velut Lessing I 76. 80. 81. 82. 101. 104. 114. 128 Lachm. Menti sane obversabatur Phyllidis (cum Damone saepissime coniunctae) natura bucolica.

acinthus mythicus apud eroticos frequens [1]) ex flore nominatur, quo iam Homerus Od. VI 231 in comparatione (comae ? v. Eustath. ad l.) saepeque bucolici utuntur [2]). — Λείριον II 14 et Λειριόνη III 9, 1 ut recte Schepers restituit [3]) ad λείριος (cf. Ἠπιόνη : ἤπιος) vel cum λειρίῳ ἀνθέμῳ (Pind. Nem. VII 79) puellas quasi λείρια χαρίτων δρεψαμένας AP VII 219, 3 componunt vel earum χρῶτα (Il. XIII 830) vel potius, cum utraque cantasse videatur, vocem λειριόεσσαν (Il. III 152. Hes. Theog. 41 de Musarum voce. Λειριόπη fontis nympha Ov. met. III 342) praedicant.

4. Ὑποκοριστικά sensu, etiamsi non omnia forma, sunt: Φιλότης IV 8, 4. ex blanda appellatione φιλότης [4]) ortum, qualia nomina ex abstractis derivata minus honestam feminam produnt. V. Fr. p. 129—140, imprimis 139 sq. adde Σωφροσύνην servam Long. IV 21. Ἁρμονίαν tibicinam Athen. XIV p. 658 F. Φιλουμένη IV 11, 2. 12. in Attica vulgatum et honestum [5]) neque in comoedia (Schmidt p. 201) humilioribus prae aliis proprium, AP V 40 non ita casta puella. — Χρυσίον IV 11, 2. Ἀκαλανθίς III 28, 3. Ἀηδόνιον III 2, 1. Εὐεπίς I 15, 5. blande

---

1) Eustath. XI 22, 1 Ὑάκινθον ἐξ ὁμωνύμου φυτοῦ. Theod. Prodr. VI 306. Nic. Eugen. IV 250. Const. Man. IX 68.

2) Cf. Long. I 16, 4 ubi Daphnis Dorconi qui I 16, 2 οὗτός ἐστι . . . μέλας ὡς λύκος ei opprobravit respondet: μέλας (εἰμί), καὶ γὰρ ὁ ὑάκινθος. Sed quis fuerit eius color omnino non constat. Theocr. X 29 praeter γραπτὰν ὑάκινθον etiam ἴον μέλαν nominatur.

3) Λήριον Ληριόνη ad λῆρος convicium h. l. minime quadrat. Neque Hercheri Δηρινόη Amazoni Qu. Smyrn. I 230. 258 aptissimum aut Bechtelii Δηριόνη Fr. p. 79 probabilia.

4) ep. IV 16, 19 male Schepers ἐμὴ φιλότης pro tradito ἐμοί, φιλότης scripsit. ἐμοί dativus ethicus est.

5) Deest in Fr., sed in solo IG II quater et vicies occurrit et honestissimarum feminarum. V. Pros. Att. 14749—14757.

amicam auro, lusciniae, acalanthidi [1]) et loquaci (Fr. p. 93) et pulchri cantus peritae (Theocr. VII 141 ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες) comparant. Χρυσίον Xen. Eph. III 9. Arist. Thesm. 1172 et Χρυσίς Luc. dial. mer. 8. Aristaen. II 15. Timocl. III 608 (1, 4). Men. IV 154 (4). Antiph. III 131 (fabulae nomen) meretrices. cf. etiam Schmidt. p. 183. AP VII 414 et 44 poetriae ἀηδόνες vocantur. Euepis „dulce loquentem“ (ut Hor. Od. I 22 Lalagen) designat.

Νευρίς III 31, 1. Hoc Nomine nervo (chordarum Luc. dial. mar. I 4, arcus Ach. Tat. III 8, 5) puella comparatur [2]) et ὡραία, quae possidet σῶμα νεότητι καὶ ἀκμῇ νευρούμενον (ep. III 13, 2) designatur, qualis hac ipsa epistula Neuris describitur. Iniuria igitur Νεβρίς sunt qui coniecerint. Insuper nervi vim obscaenam (νεῦρον pro pene Plat. com. II 673 (1, 19) cf. nervus Horat. ep. XII 19. Petron. 131 et verbum νευροῦσθαι Ar. Lys. 1078) in nomine sentiri vix putaverim.

5. Aliae rationes valent in nominibus hisce:

Παρθένιον II 31, 2. Meretrix (cf. Παρθενίς Luc. dial. mer. 15, 1. Aristaen. II 15) vel ridicule e contrario vel turpem artem honeste tegendi causa ita nominari potest. Cf. causam quam affert Fr. p. 65 [3]), sed alia peti potest ex liberorum non legitima origine cf. Il. XVI 180 et Eur. Ion. 1472 νόθον με παρθένευμ' ἔτικτε σόν. Νόθιππος Pr. Att. 1130 sq. Νόθων Herodot. VI 100. Nothus Hor. c. III 15, 11 et Kiesslingii vesba.

---

1) Cf. Verg. Georg. III 338 „litora — alcyonem resonant, acalanthida dumi“ et Serv. ad l. „quam alii lusciniam esse volunt, alii vero carduelim“ e. q. s.

2) idque vix minus bene quam virgae. cf. Fr. p. 100 sq. et Thumbii hoc (Idg. Forsch. Anz. XIV (1903) p. 10 sqq.): Für die Benennung eines Mädchens nach der biegsamen Gerte bietet sich als nächste Parallele ngr. λυγερή, eigentlich die „Biegsame“ dar. Es ist ein häufiger Ausdruck für „junges Mädchen“.

3) Παρθένιον IG II 3127 Λάκαινα Φανοκλέους Εἰτεαίου γυνή.

Κρουμάτιον αὐλητρίς I 15, 4. Subaudiuntur κρούματα tibiae, Theopomp. II 811 (2) de tibicina αὐλεῖ γὰρ σαπρὰ αὕτη γε κρούμαθ' οἷα τἀπὶ Χαριξένης [1]). Obscaenum inesse sensum (Arist. Eq. 157) nego, praedicatur nihil nisi eius κρουματικὴ σοφία (AP XI 352). Propinqua Πηκτίς F. B. p. 331. Cῦριγξ Nonn. 16, 332. 42, 384. Λύρα Luc. dial. mer. 6, Κυμβάλιον ib. 12 et 14, Ἀποτυμπανισχάς Axion. III 530 meretrices. Ἁρμονία tibicina Athen. XIV p. 658 F [2]). Ἐρατώ I 15, 4. Φοιβιάδης III 19 10. ψάλτρια musae, κιθαρῳδός Phoebo servire nomine dicitur. Huic similia Φοιβίδας Φοιβίων Φοῖβις Φοιβίς exstant, Ἐρατώ in litteris deest, sed cf. Fr. p. 71 sqq. [3]). Κλυμένη III 5 nomen in historia fabulari vulgare meretrici arte inlustri apte imponitur eo facetius, cum hac in epistula Therippidem non audiat.

Δωρίς III 19, 9 nomen ex historia fabulari notum in vita gentilicium (Fr. p. 59) vel forma brevior plenioris (Fr. p. 12) servae proprium Diphil. IV 402. Luc. dial. mer. 2. Aristaen. I 22. II 4. Petron. 126 habent, ancillam Dorida Schol. Iuven. III 94 invenimus. Scortum AP V 244 et 55 [4]). Huic puellae μουσουργῷ fieri potuit ut sophista ad δῶρον nomen adplicaret unde Δωρώ Ar. Eq. 529. Contra nominibus Θεττάλη IV 5. 9, 2. 11, 2 et Μεγάρα IV 5,

---

1) E. M. variam lectionem praebet κρουμάτια τὰ ἐπὶ X. κρουμάτιον Schol. Ar. Plut. 290 et Eq. 276 cantum designat, κροῦμα ipsum proprie de chordarum sonitu dictum saepissime inde transfertur ad αὔλημα. Praeter κρούματα σαλπιστικά Poll. IV 84 id. VII 88 κρ. τὰ ἐν αὐλητικῇ novit.

2) Postquam cum Cadmo coco aufugit, lepide ad nomina alluditur οὐχ ἁρμονίαν αὐλεῖ, ἀλλὰ τὸν Κάδμον. ib. VIII p. 351 F.

3) IG II 836, 71. 2149. 3661. 3273. IV 114. XII f. I 417. Eiusmodi nomina vel honestissimarum feminarum a IV saeculo in usu erant.

4) Cur gentilicia servis et meretricibus imponantur Bechtel Fr. p. 62 sq. bene exposuit.

2. 6, 2 aperte origo [1]) significatur. Thessala in vita frequens, serva in Plauti Amphitruone, de Θεττάλη Menandri comoedia v. Plin. N. H. 30, 2 et Meinekium IV p. 133 sq. Megara in Attica numquam, semel IG IV 492, 3. Luc. catapl. 6 meretricem introducit quasi ἑταίραν τὴν Μεγαρόθεν veterem fortasse existimationem secutus; nam χοῖροι Μεγαρικαί iam apud Aristoph. Ach. 767 sqq. cf. 524 sq.

Ἀνθράκιον IV 11, 2 in vita non ita crebrum [2]) quod Fr. p. 110 a nigro cutis colore derivatur, potius ad oculorum vel comae colorem recedit [3]). Meretrici a carbone

---

1) Gentilicium, non nomen personale est Ἑρμιονῖτις I 6, 2 quod iniuria Hercherum secutus Schepers Ἑρμιονίς scribi voluit. Nam licet III 10, 4 Ἑρμιονίδος gentilicium sit, id quod negarim cum adposito τῆς potius Ἑρμιονίδα (sc. γῆν) velut Diod. Sic. XIX 54. Paus. II 34, 6 cogitem, nihilosetius h. l. sophista longiorem ethnici formam usurpasse potest. Nam praeter ethnicorum formas ut ita dicam solemnes itaque lapidibus incisas homines in vitae usu alias adhibuisse constat. Stephani Byzantii *Ethnicorum quae supersunt* satis est inspicere, ut permulta inveniamus exempla ubi ethnicorum formae variant velut Ἀγκώνιος : Ἀγκωνίτης, Αἰγινεύς : Αἰγινήτης, Αἰνειεύς : Αἰνειάτης, Αἰσώνιος : Ασωνιεύς : Αἰσωνιάτης, Ἀμόργιος : Ἀμοργίτης, Ἀμυκλαῖος : Ἀμυκλαιεύς : Ἀμυκλαΐτης, Ἀσκαλώνιος : Ἀσκαλωνίτης, Αὐσόνιος : Αυσονιεύς : Αὐσονίτης, Αὐσονίς : Αὐσονῖτις, Πορθμιεύς : Πορθμίτης alia. Neque errabimus si longiores formas -άτης, -ήτης, -ίτης posterioribus temporibus tribuemus quam simpliciores -εύς, -ιος. Quare non mirum est si praeter Ἑρμιονεύς ex inscriptionibus notum Ἑρμιονίτης femininumque -ῖτις Alciphroni in mente fuit, praesertim cum fieri quidem possit — quamquam hoc lubricum — ut ipso ab nomine Ἑρμιονίς III 10, 4 Alciphro hoc derivare sibi visus sit, sive γῆν quam supra diximus voluit sive ipsam urbem ita nominavit. Nam ab Ἑρμιονίς quoniam τὰ εἰς — ις φιληδεῖ τῷ εἰς -ιτης τύπῳ (Steph. Byz. l. c. p. 4, 9 cf. Herodian II 865 L.) Ἑρμιονῖτις recte oritur. Ita oppidorum nominum terminationes nonnumquam variant, sufficiant ex Herodiano Ἀσκάλων II 866, 8: Ἀσκαλωνίς I 96, 6, Προσωπίς : Προσωπῖτις I 98, 13.

2) Frequentius apud Romanos Antrax CIL VI 6405, 15849 b. X 3282. Antracius gentile IX 2660. X 3776, 1. 4. II 4262 (ingenuus).

3) Sic Thumb iudicavit qui contra Bechtelii rationem in unius stirpis nominibus *metonymiam* cognoscentis recte

ardentis amoris imagine (ἀνθρακιά de amoribus AP V 211. XII 266. XIII 17. 72) imponitur. Anthrax Plaut. Aulul. 287 cocus quippe qui cum carbonibus rem habeat cf. Μαριλάδης carbonarius Ar. Acharn. 609.

6. Meretricem decent Εὐφόριον IV 16, 1 v. Fr. p. 46 adn. 5 et Σιμμίχη fr. V 11. Teste Aristot. Physiogn. VI p. 811 b 2 οἱ δὲ σιμὴν (sc. ῥῖνα) ἔχοντες λάγνοι sunt, quare saepius etiam satyrorum nomina ab ea stirpe ducuntur v. Heyd. p. 38 et 41. Σιμαίθα πόρνη Ar. Acharn. 524 nec honestissima Theocr. II Σιμαίθα. Σιμμίχη meretrix Luc. dial. mer. 4. catapl. 22. Honestae Simaethae v. Fr. 43. 49. Sp. 25. F. B. 251. — Σαλακωνίς sive Σαλμωνίς II 24. Utrumque aeque facile ex tradito Σαλαμωνίδι elicuere vv. dd. utrumque aptum ad designandam meretricem quae in ipsa epistula dicitur ὑπερηφανεῖν, Σαλμωνίς propter Salmonei superbiam, Σαλακωνίς quod redit ad σαλακωνίσαι i. e. ἀλαζονεύεσθαι (Suidas). Cum etiam τρυφῆς καὶ μαλακίας aliquid vocabulum contineat (cf. ep. IV 15, 4), eo magis meretrici convenit. Obscaenus sensus (Schol. Ar. Vesp. 1169 τινὲς δὲ σαλακωνίσαι φασὶ τὸν πρωκτὸν αἰσχρῶς κινῆσαι)

---

monet fieri posse, ut pro longioribus sint (velut Ἀνθράκιον pro Ἀνθρακιόπη, Χρυσίον pro Χρυσιχρόη Theod. Prodr. I 162, Μυρτάλη pro Μυρτιπνόη). Quod praesertim Luc. Fugit. 26 inspecto ἀπὸ δ' οὖν τῆς ἐπιθυμίας ἣν ἔχουσιν εἰς τὰ κτήματα οὐκ ἂν ἁμάρτοις προσκαλῶν Κτήσωνας ἢ Κτησίππους ἢ Κτησικλέας ἢ Εὐκτήμονας ἢ Πολυκτήτους (cf. Ar. Vesp. 1250 εἰς Φιλοκτήμονος) recte observatum esse puto, non quo cum Bechtelio semper talia esse *Kurznamen* orta e plenioribus putem. Immo haud ignoro quae O. Hoffmann Bezz. Beitr. XII p. 130 sqq. de. F. B. (cf. imprimis p. 136 sq. de compositis nominibus nec tamen quasi duarum stirpium perceptis ac simplicibus non recte tamquam hypocoristicis insertis) et R. Meister Litt. Centralbl. 1898 p. 2056 sqq. de Sp. dubitarunt, nec nego severius quam rectius nonnumquam Bechtelium suam nominum plenorum et hypocoristicorum rationem secutum esse. Cf. etiam quae Solmsen Rh. Mus. LIII p. 142 adn. 1 dicit.

nescio an non sentiatur. — At Νικίππη IV 9. Ζευξίππη III 14, 1. Εὐξίππη IV 5, 1. IV 11, 2 electa videntur ex erotico partis ἵππος sensu qui apparet ex Aristot. hist. an. VI 18 ἵππον τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον significare et Aelian. hist. nat. IV 11 τὰς ἵππας εἶναι λαγνιστάτας. διὰ ταῦτά τοι καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἀκολάστους ὑπὸ τῶν σεμνοτέρως αὐτὰς εὐθυνόντων καλεῖσθαι ἵππους [1]) tradentibus. Νικίππη ex historia fabulari et IG 3914. 3402 (masculinum Pr. Att. 10830—10835) notum fortasse amoris invicti omniumque victoris vim indicat. Ζευξίππη IG VII 2424 mortalis ex Naiade (Apollod. III 4, 8) nomen, crebrius masculinum F. B. p. 132. IG II 983 I 93. VII 2138. 2146. IV 745. Εὐξίππη etsi alibi non invenitur, cum masculinum satis frequens sit (Pr. Att. 5912 sq. IG II add. 834 b I 50. XII f. III 118. 122, 108), non cum Reiskio et editoribus mutandum.

7. Easdem ac meretricum rationes sequuntur amatorum nomina.

α) Ex rerum memoria derivantur Δημήτριος IV 13 hac epistula ad convivium invitatus a Lamia meretrice, cuius δεῖπνον Ἀθήνησι γενόμενον Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ, ἐπίκλην δὲ Πολιορκητῇ descripsit Lyncei Samii ἐπιστολὴ δειπνητική v. Plut. v. Dem. c. 27. Athen. III p. 101 E et IV p. 128 B. Teste eodem XIII p. 577 C inter eius amores Leaena Mania Myrrhina erant. — Εὐθίας IV 2, 1 et Ὑπερείδης IV 2 quorum alter Phrynam accusavit, alter defendit, de qua lite v. Athen. XIII p. 590 D. — Μένανδρος IV 1, 1. 15, 16. Litteras ab eo ad Ptolemaeum datas (IV 15, 5 Ptolemaeus Menandro scripsisse traditur) commemorat Suidas in v. Μένανδρος, eius et Glycerae amorem notissimum testatur Athen. XIII p. 585 C et 594 D. — Ἐπίκουρος IV 14, 1 Leontii amator,

1) Cf. Arist. Lys. 677 ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνή. ἱππόπορνος velut Alciphr. II 31, 2. III 14, 1, Ἵππη scortum Macho apud Athen. XIII p. 583 AB, Ἱππίου τυραννίς Ar. Vesp. 502.

Τίμαρχος IV 14, 4 eius aemulus cf. Useneri Epic. p. 411 et 418. — Τίμων II 32, 1 ὁ Ἐχεκρατίδου ὁ μισάνθρωπος cf. Pr. Att. 13844 notissimus ex Aristophane (Av. 1549 Lys. 808 et Schol.) Antiphane (ab eo comoedia ita inscripta) Luciano (Τίμων ἢ μισάνθρωπος) aliis.

β) Etymi amatorii causa electa sunt Δίφιλος IV 9, 1 ut Luc. dial. mer. 3 et 12. De poeta comico cogitandi nulla causa est neque a codicum duplici iota recedendum, cum saepius a puro atticismo unum ι flagitante (Plat. Cratyl. p. 399 A) Alciphro recesserit. Πάμφιλος IV 5, 1. I 15, 1. demagogus Ar. Plut. 174, fur Platon. II 618 (verus homo secundum Schol. Ar. l. c. ad quem fortasse proverbium Apostol. XIV 4 spectat), in nova comoedia adulescentis nomen frequens Polem. IV 54 (55). Men. IV 245 (36). anon. IV 625 (55) [1]. Philippid. IV 476 (4). Ter. Andria. Luc. dial. mer. 2, Aristaen. I 25. II 16 et 18. Θηριππίδης III 5, 2 propter ἵππον ad res amatorias pertinet. Contra ἡ Θηριππίδου οἰκία IV 13, 8 in qua Lamia Demetrio convivium parat, a vero homine nomen (Pr. Att. 7238) accepisse videtur [2].

Χαρικλῆς III 7, 1. Nihil valet nisi stirps χαρ qua amatoris venustas praedicatur. Στρογγυλίων IV 9, 2 in vita rarum (IG II 5 n. 1037 b_4), homini minori quadrato (sec. Hesych. τὸν στρογγυλίαν καὶ τετράγωνον ἄνθρωπον Achaei vocabant) vel obeso inditum (qualia Sp. p. 8) h. l. τοῦ κάκιστ' ἀπολουμένου dignum est; nam τὸ στρογγυλο-

---

1) quod fragmentum dubito num cum IV 256 (85) ad eandem fabulam ac IV 245 (36) referendum sit.

2) Non quod eundem utroque loco hominem cogitari putem, Θηριππιδίου reicio. At deminutivum blande positum ut Ar. Nub. 80 Φειδιππίδη, Φειδιππίδιον 746 Σωκρατίδιον Ran. 582 Ξανθίδιον h. l. nullo modo simile est. Non de amatore Lamiae regem invitantis sermo est (ut IV 11, 8 de Thettalae amico), sed de homine aedes suas lucri causa locante.

πρόcωπον inter ἀναιδοῦc cημεῖα Aristot. Physiogn. III p. 807 b 32. Etiam Ἕλιξ IV 9, 1 et 5 supplemento eget ut ἑλικοβλέφαρον vel ἑλίκωπα aut ἑλικοβόcτρυχον intellegamus. Ceteroqui agilem vel mobilem designat. — Cιμαλίων IV 7 et 8 ex Attica mihi incognitum IG VII 1777. 2082. — 2443. 2444. 2445 etymo minus honestum indicatur cf. Luciani de parasito dialogi persona, Herondae Simala eiusdem Simo, de quo Crusius Unters. zu Herond. p. 60 ostendit 'dass der Name Simon bei den Hellenisten überhaupt einen schlechten Klang hatte'.

γ) Ab aliis mutuatus esse Alciphro videtur nomina: Χρέμηc et Φειδύλοc IV 1, 5 a Menandro quippe quae ut eius comoediarum personae Glycerae epistulam scribenti in animo sint. Cf. Χρέμηc τιc ἢ Φείδων τιc pro comoediae personis Antiphan. III 106 v. 21. Phidylus Philippid. IV 468 (2) amator fuisse videtur. — Comoediam etiam Cτράτων IV 5, 2 sapit amatorio nomini ob etymum bellicosum aptum[1]), in vita frequentissimum (Pr. Att. 12963—13003), in Terenti Eunucho militis (v. 414). De Men. IV 174 (1) nil constat, verus homo Ar. Acharn. 122 Eq. 1374 Av. 942 perstringitur. Nec minus Κρίτων IV 12 per se creberrimum (Pr. Att. 8817—8828) ex comoedia (Alexid. III 487 (1). Diodor. III 543) et ad Luc. conviv. 32 et huc pervenire potuit. Huic cum φιλαργυρία opprobretur, Κρίτων ὁ φιλάργυροc AP XI 165 memorandus videtur.

δ) Nihil proprii habent sed ut frequentiora honestique soni scripta sunt Φιλόδημοc fr. IV Pr. Att. 14480—14495. Notissimus philosophus Epicureus et epigrammatum amatoriorum poeta an sophistae in mente fuerit nescio. Εὐθύδημοc IV 7 Pr. Att. 5513—5543. Εὐθυκλῆc IV 6 ib. 5575—5586. Μενεκλείδηc IV 8, 4 ib. 9899—9903

1) Cf. Nicippam scortum et Schmidt p. 175: „Der Vergleich des Liebeslebens mit dem Kriege oder überhaupt Kampfe ist der Komoedie und erotischen Poesie durchaus geläufig" et Fr. p. 67, adn. 3.

crebrius Menecles ib. 9904—9926. Πολύκριτος III 38, 1 ib. 12029. 12030. IG. II 977 d III 1284 ἄρχων. Δεξίμαχος IV 11, 7 IG II 5 1007c 3 cf. F. B. p. 92. Μενέφρων IV 11 7 IG III 2552. F. B. p. 202. Θεαγένης IV 10, 8 Pr. Att. 6608—6610, Theagenides ib. 6611—6613. Potuit sane Alciphro qui eum Megarae meretricis amatorem facit Luc. Catapl. 6 Theagenem philosophum ἑταίραν τὴν Μεγαρόθεν amantem in animo habere, sed Theagenes quasi sponte Megarorum memoriam affert; cf. etiam Ar. Vesp. 1183. Λυσίας fr. I Pr. Att. 9349—9381 et Νικίας fr. V ib. 10769—10826 num potius rerum memoriae debeantur ex fragmentis diiudicari nequit.

e) Cetera omnium librorum nomina.

1. Homines ex rerum memoria noti sunt Πραξιτέλης fr. III, et Ἀπελλῆς fr. VI pictor ac sculptor, Φιλήμων IV 15, 5 Menandri aemulus, Πτολεμαῖος IV 15, 5 et 13. 6, 2 Aegyptiorum rex, Θεόφραστος IV 16, 14 Menandri praeceptor. Praeter Epicurum apparent Ἕρμαρχος Μητρόδωρος Πολύαινος IV 14, 9 coniuncti ut in Senec. ep. mor. I 6, 6 (cf. Useneri Epic. p. 406. 412. 415) et Τιμοκράτης IV 14, 10 Metrodori frater Epic. 418. Βαθύλος (sic codices) III 32, 1 οἰνοχοοῦντος nomen electum, ut videtur, propter Bathyllum Anacreontis puerum in AP et Hor. epod. 14 celebratum. Πασίων I 13, 4 argentarius contra quem Demosthenes or. 18 habuit[1]). Αὐτόχθων III 41, 2 grammaticus idem videtur atque qui in schol. Il. IV 132 memoratur, quare haud male Meineke Ἀρητάδην alium grammaticum in scholiis Homericis nominatum ad III 20, 2 revocavit, ubi tamen erunt qui traditum Ἁρπάδης nomen propter ἁρπαγὰς βρωμάτων parasito proprium putent. Cf. Harpax Plaut. Pseud. 653.

1) Utile hoc exemplum ex quo cauti esse discamus. Nisi verum hominem esse constaret, nomen etiam argentario propter etymum impositum esse facile putaremus ut est rustico II 36 (supra) et faeneratori Ar. Nub. 1214 sqq.

2. Nulla nisi honestatis causa electa sunt Λυcίαc et Φανοcτράτη IV 4, 2 Pr. Att. 9349—9381 et 14084—14092, quae nescio quo iure W. Schmid in Pauly-Wissowae encyclopaedia p. 1548 inter verorum hominum posuerit. Ἀνθεμίων et Ἀξιοθέα III 25, 2 illud Pr. Att. 935—942, Axiothea ex Megaclis gente (cf. Pr. Att. 9688. 9642. 9693) nata praedicatur IG II 652 B 21 A. Φιλόcτρατοc I 9, 2 Pr. Att. 14721—14744. Λυcικλῆc III 26, 3, ib. 9416—9441. Μνηcίλοχοc III 33, 1 ib. 10323—10330. Εὔδημοc III 7, 5 ib. 5385—5412. Λεωκράτηc III 13, 4 ib. 9081—9095. Γοργίαc III 2, 1 ib. 3063—3076. Κριτίαc III 12 1 ib. 8789—8795. Κρίτων III 28, 1 ib. 8817—8828 cf. supra. Κλεαίνετοc III 36, 3 Pr. Att. 8457—8462. Luc. navig. s. vot. c. 22. Ἵππαcοc III 12, 1 magis propter etymum nobile [1]) IG II 2807 Ἀρίcτωνοc Ἀντιοχεύc XII f. I 761, 34. XIV 1140, 5. De Βυρτίᾳ II 5, 1 iudicare non audeo. Ante Cκαμωνίδου III 19, 1 hominis nomen excidisse videtur. Scamonidem enim cum intellegere nequeam — Schepersii explicatio mihi non placet —, Cκαμβωνίδην demoticum subesse cum Berglero existimo; cf. Τίμωνα τὸν Ἐχεκρατίδου τὸν Κολλυτέα, et hic et ille parasitorum patroni sunt.

3. Etymum valet in nominibus Φαιδρίαc III 27, 1 Pr. Att. 13933—13945 et Φανίαc III 11, 1. Cf. Phaedrias (cum Lampria) Aelian. ep. 20 et Alexid. III 497 propter φαιδρότητα adhibitum et Phanias novae comoediae persona (Schmidt p. 199 sq. cf. Phanostratam ib. p. 200 [2]).

---

1) Stirpis nobilitatem Arist. Nub. 64 Ξάνθιπποc Χαίριπποc Καλλιππίδηc docent nec minus nomen puero electum v. 67 Φειδιππίδηc.

2) Num etiam alia horum nominum potius ad comoediam pertineant velut Phaedrias (Terenti Phormione) aut Crito (v. supra), difficilius dictu est. Possunt sane secundum illam nobilitatis rationem quam Alciphroni tribui iam ab illis poetis electa esse.

Itaque idem de Φανομάχης nomine III 36, 1 iudico, etiam ob sensum bellicosum idoneo. Εὐφρόνιος IV 7, 2 et Φίληβος III 14, 3 parasitorum εὐφρόνων et φιλήβων socios decent velut Plato quoque in dialogo qui est de virtute et voluptate Philebo usus est, nomine praeterea nisi ex Lucio s. Asino c. 36 non noto, neque invento in titulis. Ἐτεοκλῆς Θεμισταγόρας Ἀρχίβιος III 19 ex rebus philosophorum sermonibus tractari solitis ἐτεόν, θέμις, ἀρχὴ τοῦ βίου nomina accepere. Παγκράτης et Ζηνοκράτης ib. dubito utrum similiter propter partis -κράτης vim adhibeantur, cum eiusmodi hominum magis intersit κρατεῖν adversarios superare quam veritatem cognoscere iique maxime in convivio κρατεῖν soleant, an ex notorum philosophorum Zenonum atque Cratetum Pancratisque Cynici (Philostr. v. soph. I 23) nominibus quasi philosophis propria sumpta sint. Λεξιφάνης III 35, 1 personam dialogi Lucianei in memoriam affert, etsi ille sophista hic poeta comicus inducitur. Nulla certa causa Meineke I p. 493 eum re vera exstitisse contendit. Δωσιάδης III 25, 3 demagogum designat qualis Cleon Arist. Eq. 996 dicitur qui Δωρώ, δωροδόκων καὶ συκοφαντῶν deam (Cratin. II 57 (2)) colit. Sed h. l. potius corrumpentem quam corruptum intellegi oportet. Ἀκεσίλαος III 4, 2 medici ἀκέσεως perito aptissimum Ἀκεσιμβρότῳ Platon. Cratyl. p. 394 C par[1]). Λικύμνιος τραγῳδίας ὑποκριτής III 12, 1 ut Horatii Licymnia (c. II 12 cf. Bentleium) formatum (cf. Πολύμνια) λιγὺν ἀγορητήν[2]) indicat; nisi rhetor, Gorgiae discipulus, a quo οἱ περὶ Λικύμνιον et Λικύμνια ὀνόματα (Plut. Phaedr. p. 267 C) nomen acceperunt, Alciphroni in mente fuit. Σαννυρίων et Φιλιστιάδης μῖμοι γελοίων III 19, 10 a Reichio D.

---

1) Ibi Ἰατροκλῆς καὶ Ἀκεσίμβροτος nomina ἰατρικά. cf. proverbium Ἀκεσίας ἰάσατο et Useneri Götternamen p. 158 sq.

2) ὄρνις γενέσθαι βούλομαι λιγύφθογγος ἀηδών de se ipse Cinesias poeta Ar. Av. 1380.

Mimus I p. 429 adn. XXIII alterum a Philistione mimographo, alterum a Sannione persona mimica (cάννας = μωρόc) derivantur. Sed qui eorum quae de Lexiphane et Licymnio observavimus meminerit, potius de Sannyrione comoediae Atticae antiquae poeta (Mein. II p. 873 sqq.) cogitabit.

4. Ad comoediam recedunt Cμικρίνηc ὁ δύcτροποc καὶ δύcκολοc III 7, 3 ad Men. Dyscolum (IV 105) iam a Seilero relatum, qui eiusdem Ἐπιτρέποντας, ubi eodem nomine est sordidus avarus, et Iuliani Misopogona p. 394 C in memoriam vocavit. Φείδων II 32, 3 homini parco aptissimum, Antiphan. III 106 v. 21 argentarii. cf. Arist. Nub. 65 et 67 Φειδωνίδηc et Φειδιππίδηc, Φειδύλοc supra p. 57, Φείδων ὁ φιλάργυροc AP XI 170. Etiam Γνίφων II 32, 3 comoediam sapit, notum ex Luc. Gall. 30 et catapl. 17. Appellativum an vit. auct. 23 sit dubito: τὸ δὲ γνίφωνα εἶναι καὶ τοκογλύφον cf. de merc. cond. 23 τὸ μὴ Πυρρίου μηδὲ Ζωπυρίωνοc υἱὸν εἶναι. M. Antonius Gnipho grammaticus Sueton. de gr. 7.

5. Agnomina expressis verbis dicuntur Ἔμπουcα III 26, 3 contumeliae causa imposita ad exemplum Demosthenis or. XVIII, 130 qui eandem Aeschinis matris ἐπωνυμίαν iisdem fere verbis (ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάcχειν) explicat [1]). Ὀρθοκόρυζοc III 12, 5 Licymnius histrio propter τὴν ἀχάριcτον φωνὴν vocatur quam e κορύζῃ accepisse dicitur.

6. Restant nunc praeter nomina e proverbiorum consuetudine petita quae ut ab aliis satis explicata omitto, nomina servorum.

Νουμήνιοc II 36, 1 in vita usitatissimum (F. B. p. 296. Pr. Att. 11134—11142), ex ipsa epistula intellegitur. Ζώπυροc III 21, 1 in IG saepius, primum I 440, imperatorum tem-

1) De veriloquio Solmsen K. Z. 34, 552 sqq.

poribus ita frequens ut vol. III plus quam septuagies inveniatur. Luc. conviv. 26 paedagogus (propter Alcibiadis magistrum Plut. Alcib. p. 122 AB?), de merc. cond. 23 τὸ μὴ Πυρρίωνος μηδὲ Ζωπυρίωνος υἱόν εἶναι hominem non servum sed ingenuum designat. Ζωπυρῖνος ὀψοποιητής Baton. IV 501. Πυρρίας pastoris II 39, 1 nomen servi, Ar. Ran. 730 paene appellativi instar τοῖς ξένοις καὶ πυρρίαις καὶ πονηροῖς.. χρώμεθα (ἀντὶ τοῦ δούλοις Scholia), inde v. 308 ὑπερεπυρρίασε. Ex comoedia Herond. V 9 sqq. Pyrrhiam servum, Luc. necyom. 15 Pyrrhiam cocum [1]) humillimum Agamemnoni contrarium, Tim. 22 Pyrrhiam cum Dromone et Tibio [2]) servum acceperunt. Δρόμων III 21, 1 ex servi virtute festinandi (Aristophan. II 1072. Men. IV 283. Plaut. Poen. 522 [3]) in comoedia frequens est cf. Schmidt p. 187. Luc. dial. mer. 10, 4 Tim. c. 22. Εὔδρομος servus Long. IV 5 οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο, ὅτι ἦν αὐτῷ ἔργον τρέχειν. Παρμένων II 18, 1 et Ἀσφαλίων III 27, 1 fausti ominis gratia indita [4]), quod hic fide probat, alter irritum reddit. Asphalio Odyss. IV 216 servus Pseudotheocr. XXI piscator. De Parmenone comoediae persona v. Schmidt

---

1) Fuitne in comoedia aliqua Pyrrhias cocus ridicule, cum ignem curaret, a comae rubro igne (πυρρὸς ἦν τὴν κόμην Scholia de Pyrrhia Ar. Ran. 730) nominatus?

2) gentilicium. Synes. ep. 3 proverbialiter εἰς Σωσίας καὶ Τιβίους.

3) ib. dicitur *liberos homines per urbem modico magis par est gradu ire.* Idemne de Graecis valet?

4) Parmenona ut Παρμενίδα Παρμενίωνα Παρμονίδην Παρμενίδην Παρμενίσκον cum simplicioribus Παράμονος (F. B. p. 205) Παραμονή E. Curtius anecd. Delph. p. 39 ad παραμονήν i. e. *quod inter scriptam et ratam manumissionem intercedit temporis* refert, unde ab origine servus libertus nondum liber, postea cives nominati sint, quod subtilius quam verius excogitatum mihi videtur. Vel de vitae nominibus haec explicatio maxime mira, comoedos aliter iudicasse Donat. ad Ter. Adelph. 1 *servus fidelis Parmeno* et Helladius apud Phot. bibl. p. 532 B

p. 199. Καρίων III 17, 1 et Cύρα II 22 ex nationibus tracta in comoedia nomina servorum pervulgata cf. Schmidt p. 181 et 210. Cario famulus in Arist. Pluto (cf. hypothesin V), Euphron. IV 492. Luc. Catapl. 12. Petron. 70 et 71. Themist. or. XXI p. 262 C. Κάρ servus Ar. Av. 764. Teste Apostol. XVI 24 Τελμιccεῖc οἰκοῦcιν ἐν Καρίᾳ ἀντὶ τοῦ δοῦλοι παροικοῦcι δούλοιc adhibetur. ἐν Καρὸc μοίρᾳ Synes. ep. 79. Syra Ar. Pac. 1146 ancilla, Plauti Mercatore anus, Terenti Hecyra lena. Syrus vix rarius nomen servi (Schmidt p. 210). Plauto Bacch. 649 genus significat.

II.

Singulis consideratis par est in universum spectare, quam rationem in nominibus adhibendis Alciphro secutus sit, quantum ex ipso ingenio hauserit, quantopere aliorum usum imitetur. Quare e re erit paucis exponere, quid nomina personalia apud Graecos neque apud eos solos valuerint valeantque.

1. a. Omnes fere populos magnam vim nomini tribuere constat; traditum est de antiquis atque etiam his diebus de rudibus et humilioris cultus populis narratur: quasi ipsius hominis pars alterque homo habebatur atque habetur [1]) nomen,

---

35 sqq. (οἱ κωμικοί) ἀπὸ τοῦ τρόπου Παρμένωνα καὶ Πιcτὸν καὶ Δρόμωνα (ἐκάλουν) testantur.

1) „Für sie gewinnt der Name eine gewisse Persönlichkeit, er ist der Schatten oder der Geist oder ein anderes Ich der mit Fleisch und Blut begabten Person“, quod Spenceri (Die Principien der Sociologie deutsch von Vetter I 1877 p. 297) dictum affert A. Nuth De Marci Diaconi vita Porphyrii episcopi Gazensis. Diss. Bonn. 1897 p. 42 sq. Cf. etiam Giesebrecht Die alttestamentl. Schätzung des Gottesnamens. Regimonti 1901 pars III. Der Menschheitsglaube in Bezug auf Wesen und Macht der Namen. De Graecis Kroll Mus. Rhen. 1898 p. 345 et Wuensch IG III p. III in praefatione. Multa etiam profert

quippe quod bono omine observato homini eligatur plurimumque valeat in omni superstitione, cum dicto nomine homini sors futura defigatur. Ita cum nominum significatum percipere solerent, intellegitur, quomodo cognomina ex vitio vel virtute petita paulatim homini propria fieri potuerint. Neque igitur hoc mirum, quod omnibus temporibus Graeci nominum etymo ludere solebant, cuius lusus etymologici exempla ex vita et litteris sescenta exstant.

b. Quasi artis rhetoricae τόποc Aristoteli de art. rhet. II 23 1400 b 17 [1]) ille lusus etymologicus [2]) videtur, qui nomen et veram hominis vel naturam vel sortem sive consentire sive differre [3]) dicit velut iam Homerus Il. VI 403 Astyanactis nomen explicat. Nec ceteri carminum epicorum poetae ab hoc lusu abstinent, qui cum apud poeseos quae dicitur lyricae auctores rarius inveniatur, frequentissimus est apud tragicos [4]). Similiter atque epica carmina tragoedia cum permultis nominibus deorum vel heroum historia fabulari traditis rem habet iisque ludit.

W. Heitmueller, qui in libro „Im Namen Jesu“ Goettingen 1903 omnium populorum et temporum de nominis vi existimationes ac superstitiones contulit. cf. imprimis p. 154 sqq. p. 161 sq. Denique cf. R. Reitzenstein Poimandres Lipsiae 1904 p. 17 adn. 6 „Der Name ist in diesen mystischen Stücken (papyrorum sc.) fast gleich der Person oder einer Hypostase von ihr“ ac p. 256 et supplementum p. 366.

1) ἄλλοc ἀπὸ τοῦ ὀνόματοc οἷον ὡc Cοφοκλῆc . . . Κόνων . . . Ἡρόδικοc . . . ἡ Εὐριπίδου Ἑκάβη . . . καὶ ὡc Χαιρήμων κτλ.

2) Cf. Meineke, Anal. Alexandr. p. 99 sq.

3) Cf. Rutilii Namatiani versus Itin. I 309 *Nominibus certos credam decurrere mores, Moribus an potius nomina certa dari?* et Platon. Cratyl. p. 397 B πολλὰ δ' (sc. ὀνόματα) ὥcπερ εὐχόμενοι τίθενται Εὐτυχίδην καὶ Cωcίαν καὶ Θεόφιλον καὶ ἄλλα πολλά.

4) Duas de ea re commentationes inspicere non potui: R. Hecht, De etymologiis apud poetas Graecos obviis. Diss. Regim. 1882. Fuochi, Le etimologie dei nomi propri nei tragici greci. Florentiae et Romae 1898.

Ita ludit Aeschylus Ag. 681—690 Dind., Prom. 85, ludit Sophocles Aiac. 430 [1]) ubi Aiacem ἐπώνυμον eius malorum ὄνομα gerere dicit, ludit saepissime Euripides velut Bacch. 508 [2]) ubi Penthei, Phoeniss. 639 [3]) ubi Polynicis etymi rationem habet (ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον). Neque a soluta oratione Graeca ille usus abhorret, cuius exempla Aristoteles l. c. affert, cf. Schanz ad Platon. Euthyphr. p. 3 A.

Ut in hymnis, laudibus et precibus ad numina missis, deorum nomina maxime valent (ὡς ἐν τοῖς τῶν θεῶν ἐπαίνοις εἰώθασι λέγειν Aristot. l. c.), ita Alexandrini poetae illum usum secuti sunt nec tantum in hymnis, sed in omnibus quae colebant generibus imprimis in epigrammatis. Cf. Dilthey ad Callimachi Cydippam p. 38. Theocr. XXVI 26. VII 99. AP V 115 (facete in nominibus Δημώ et Φιλόδημος luditur) V 71.

Accedunt alia: nomina circumscribuntur velut AP IV 44 Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον pro Hermodoro (cf. ib. v. 24; app. I 340, 6; app. II 26, 5) ac soni solius causa verba eliguntur velut AP VII 334, 17 Φρόντωνος γοεραῖς ἐπὶ φροντίσιν. Quem morem antiquum Homerus Od. XIX 407, ex populi mente, non ex litterarum libidine natum epigrammata lapidibus tradita [4]) inlustrant, quorum vel sepulcralia ad nomen mortui alludere non verentur. Conferas quae sunt apud Kaibelium, 63, 1. 188, 5. 469, 2. 435, 3. 128, 6. 7.

Nec denique comoedia expers fuit eius verborum lusus ut Athenionis IV 558 v. 27 καινὸς γάρ ἐστιν οὑτοσὶ Παλαίφατος et Antiphanis III 8 (ad Εὔβουλον v. p. 44), quae exempli causa adhibeo.

---

1) Cf. Lobeck ad l. et Aglaoph. p. 869 sq.
2) Cf. Elmsley ad l.
3) Cf. Valckenaer ad l., versus secundum Kirchh. est 636.
4) Cf. Welcker Syllogae p. 83.

c. Praeter ea nomina nova omnium generum poetis invenienda erant, cum novas personas introducebant. Tum saepissime ex re fingebant. Ut iam Homerus [1]) etymi rationem habuit in nominibus hisce: Ἄλκιμος Achillis auriga Il. XIX 392. XXIV 574. Περιφήτης Eurysthei nuntius ib. XV 638. Εὐρυβάτης praeco castra magnis passibus transgrediens Il. I 320. II 184. IX 170. Od. XIX 247. Τερπιάδης Φήμιος procorum cantor Od. XXII 330. Ἁλιθέρσης Ithacensis Od. II 157, 253. XVII 68. XXIV 451. Qua re Phaeacum fere nomina Od. VIII memorabilia sunt, quorum rex Ἀλκίνοος eiusque filius Λαοδάμας regalibus, ceteri marinis navalibusque nominibus appellantur Ναυσίθοος Alcinoi pater 565. Ἅλιος, Κλυτόνηος 119, Ναυσικάα liberi. Ποντόνοος 65. Ἀκρόνεως, Ὠκύαλος, Ἐλατρεύς 111. Ναυτεύς, Πρυμνεύς, Ἀγχίαλος, Ἐρετμεύς 112. Ποντεύς, Θόων, Ἀναβησίνεως 113. Ἀμφίαλος υἱὸς Πολυνήου Τεκτονίδαο 114. Εὐρύαλος 115. Ναυβολίδης 116.

Ex carmine epico idem ortus est historicorum mos, qui cum genealogias quae dicuntur traderent, saepissime lacunas, quas rerum memoria habebat, ex ipso ingenio nominibus ficticiis explerunt. Satis erit Pherecydis admonere, de quo Christ Gesch. d. gr. Litt.[3] p. 325: „wie leicht es aber derselbe in seinen Genealogien mit der Wahrheit nahm, ersieht man aus der Unzahl fingierter Namen. So nahm er, und Hellanikos nach ihm, eine Abstammung des Homer von Orpheus an . . . ., flugs erdichtete er dazu 10 Ahnen des Homer Εὐκλῆς, Φιλοτέρπης, Χαρίδημος etc., denen man die Fiktion an der Stirne geschrieben sieht.“ Nec poetae tragici aliter egere, cum hominibus e fabula notis ex ipsorum ingenio personas addebant iisque nomina imponebant significantia. At

1) Quem iocosa nomina non sprevisse Od. IX 366 Οὖτις docet.

rarissime apud tragicos talia inveniuntur, cum illis personis inferioribus ut paedagogis nuntiis servis aliis, propria nomina non soliti sint imponere.

At comoedia[1]) digna est, de qua fusius dicamus, quoniam et Alciphronis fontem principalem sunt qui eam censuerint viri docti et ipsa eiusmodi lusus plurimos maximeque perspicuos praebet. In antiquiore maximus numerus nominum propriorum est verorum hominum quos poeta deridet, viros in re publica versatos, duces magistratus[2]). Postea comici minus audaces legibusque coacti potentibus illis pepercere ac poetas vel philosophos imprimis perstringebant — ne antea quidem neglectos — velut Aeschylum Euripidem Sophoclem Alcaeum Anacreonta Socratem Platonem atque illorum temporum homunculos sophistas musicos saltatores meretrices. At paulatim si certorum adferuntur nomina, statim eorum vitia totiens derisa spectatori in mentem veniunt: nomina in proverbium venerunt velut Timonis Phrynondae Laespodiae Lamponis in comoedia vetere. Accedit aliud. Ut vita cotidiana ita comoedia nominibus propriis ad excitandum risum utitur, cf. Froehde p. 134 sqq. Aut verorum formas detorquet sive femininum pro masculino substituit velut Ar. Thesm. 373 sqq. Τιμόκλεια Λύcιλλα Cωcτράτη cf. Nub. 672—679, ubi secundum scholia Cωcτράτη Sostratum quendam dicit διότι λίαν ἀcελγὲς ἦν καὶ θηλυδρίας, et Eq. 969 Cμικύθη, sive litteris vel totis partibus commutatis ridiculum sensum efficit velut Ar. Vesp. 592 Κολακώνυμος pro Cleonymo, ib. 836 Λάβηc pro Lachete, Eq. 449 Βυρσίνη pro Myrrhina; aut ex veris verorum hominum nominibus plane nova inaudita eaque iocularia

1) Cf. Froehde, D. Technik d. alt. att. Komoedie 1898.

2) Aristophan. Pac. 751 gloriatur οὐκ ἰδιώτας ἀνθρωπίcκους κωμῳδῶν οὐδὲ γυναῖκας, ἀλλ' Ἡρακλέους ὀργήν τιν' ἔχων τοῖcι μεγίcτοις ἐπεχείρει.

procreat vocabula sive simplicia sicut Χαιρίδῆς Ar. Acharn. 866 pro Chaeridis discipulo, ἐσωκράτουν id. Av. 1282 sive longiora qualia Ἡρακλειοξανθίας Ar. Ran. 499, Δημολογοκλέων Ar. Vesp. 342, Τισαμενοφαινίππους Πανουργιππαρχίδας id. Ach. 603, Γερητοθεοδώρους Δειομειαλαζόνας ib. 605. Ἐξηκεσταλκίδαι anon. IV 636 (127), Ἀνδροκολωνοκλῆς Cratin. II 171 [1]).

Quo ab usu non multum differt alia comoediae ratio, quae haud raro nomina etymi causa usurpat non ad designandum certum hominem sed ad inlustrandam vocabuli vi hominis naturam. Quam ob rem saepissime nominibus ex vita notis utitur etymi causa aut ut Δεινίας homo ditissimus est Stratt. II 775 (1), Οἰνόμαος πρὸς τοὔνομα παίζων adhibetur Nicochar. II 842, Ἀγοράκριτος Cleon Ar. Eq. 1257 appellatur: ἐν τ' ἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην, Νικόβουλος ib. 615 usurpatur. Aut nova finguntur ad vitae exemplum velut: Ἐρασμονίδης Cratin. II 22 (9), Λαγίσκα meretrix Stratt. II 764 (1), Σπινθήρ Theopomp. II 804 v. 8 servus propter celeritatem, Εὔθυνος ταριχοπώλης Antiphan. III 70 (1) et 103, Λοπάδιον meretrix Timocl. III 608 (1). Melius quam ex fragmentis comicorum admodum laceratis ex Aristophanis fabulis nominum rationem licet cognoscere. Eum permultos homines φερωνύμους introducere notum est [2]); ut Av. 65 et 68 homines in avium urbem ingressos timore commotos ioculariter nomina Ὑποδεδιώς et Ἐπικεχοδώς sibi tribuentes facit, ita saepius personis in scaenam non prodeuntibus nomina significantia imponit velut Σεβῖνος Ἀναφλύστιος Ran. 427 Eccl. 979 sq. Στιλβω-

---

1) De nominibus in opprobrium deflectis cf. Fabricius, Codex apocryphus Novi Testamenti, Hamburgi 1719 I p. 344 sq.

2) Cf. Meineke II p. 1037 „solet Aristophanes ingeniis moribusque personarum, quas repraesentat, etiam nomina accomodare. qualia sunt Δικαιόπολις, Τρυγαῖος, alia“.

νίδης (ὁ λαμπρός Suidas) Av. 139 alia. Imprimis personae in scaena agentes ita nominantur Acharnensibus Δικαιόπολις Ψευδαρτάβης [1]), Equitibus Παφλαγών, Nubibus Φειδιππίδης („*Junker Sparross*" Lessing) Πασίας, Vespis Ξανθίας Σωσίας οἰκέται — Βδελυκλέων Φιλοκλέων, Pace Τρυγαῖος, Avibus Εὐελπίδης Πισθέταιρος Τρόχιλος, Lysistrata Λυσιστράτη Καλονίκη Κινησίας, Ranis Ξανθίας, Ecclesiazusis Πραξαγόρα, Pluto Χρεμύλος Καρίων Βλεψίδημος. Praeter has personas principales memoratas in indicibus fabulae antepositis etiam ceteris ibi generaliter dictis in ipsa fabula nomina ex re eliguntur. Vespis quidem quae in indice est ἀρτόπωλις v. 1396 sq. esse Μυρτίαν τὴν Ἀγκυλίωνος καὶ Σωστράτης ipsa gloriatur similiterque χοροῦ γερόντων σφήκων membra vv. 229—234, 401 nominibus appellantur. Praetermitto ceteras fabulas, ubi eadem res est, memorabiles sunt Διτύλας Σκεβλύας Παρδόκας servi Aeaci Ran. 608 ac Μαριλάδης Δράκυλλος Εὐφορίδης Πρινίδης carbonarii Acharn. 609—611 [2]).

At talium quasi leges definire vanum est, ita venustus ille lusus est, ut libere ex loci rationibus et poetae ingenio nascitur. Tamen cum comoediae genus variaret, nominum lusus consuetudine artioribus terminis circumscriptus morem quendam habet. Anaxandridae vero ea tragoediae et comoediae differentia visa est, quod

---

1) Ficticius Persarum legatus anteposito ψευδ- nomen gerit Persis proprium. Similiter Aeschylus Persis 318 Ἀρτάμην Bactrium atque Herondas II 38 Ἀρτίμμην introduxit ex stirpe in nominibus velut Ἀρτάβαζος Ἀρτοβαζάνης Ἀρτύβιος frequenti. Cf. Guilelmum Schulze Mus. Rhen. 48, 252 sqq. Herondae similis nominum commutatio apud Eustath. IV 13 Ὑσμινίας: Ἀτράκης.

2) Vel in locorum nominibus Aristoph. ludit velut Acharn. 234 Βαλληνάδε a Παλλήνῃ derivans ac nova fingens velut Ὀρνεαί Av. 399 loci, ἐν Χαόσι Ach. 604 populi, cui similia excogitavit Eq. 78 sq. Χάονες, Αἰτωλοί, Κλωπίδαι (*Klafferland, Habsburg, Ladronen* Kock).

illa notis personis uteretur, huic autem ὀνόματα semper καινά (propria quoque) invenienda essent; postea nova comoedia certa certis personis propria adhibuit, quod praeter fragmenta fabulasque Plauti ac Terenti bene inlustrant grammaticorum observationes. Donati ad Terent. Adelph. 1: „nomina personalia in comoedia dumtaxat habere debent rationem et etymologiam. Etenim absurdum est comicum aperte argumenta confingere vel nomen personae incongruum dare vel officium, quod sit a nomine diversum. Hinc servus fidelis Parmeno, infidelis vel Syrus vel Geta, miles vel Thraso vel Polemon, iuvenis Pamphilus, matrona Myrrhina, et puer vel ab odore Storax vel a ludo et gesticulatione Circus et item similia. In quibus summum poetae vitium est, si quid e contrario repugnans diversumque protulerit, nisi per ἀντίφρασιν nomen imposuerit ioculariter ut Misargyrides in Plauto dicitur trapezita. Et fere hoc modo apud alios a poetis nomina componuntur describenda per ἀντίφρασιν". Idem ad v. 973: „ut ipse Syrus ita uxor Phrygia secundum veteres, qui servis nomina a nationibus imponebant" [1]). et ad Andr. 226: „semper nomina comicorum servorum aut a nationibus sunt indita ut Mysis, Syrus aut ex accidentibus ut Lesbia velut ebriosa a Lesbo insula, quae ferox est suavissimi candidissimique vini, aut a moribus et vernilitate ut Pseudulus aut ex negotio ut Chrysalus aut ex qualitate corporis ut Thylacus aut ex specie formae ut Pinacium". De servis etiam

1) Vitam scilicet imitati, de qua Varro de l. l. VIII 21 Graecum auctorem secutus; nam fingendi ratio vere Romana Marcipor Publipor (v. Quintil. inst. or. I 1, 15) deest. Oxé Mus. Rhen. 59, p. 108 sqq. Ceterum unaquaeque vox ad nomen servile apta est, imprimis brevis, nam πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος (Demetr. de elocut. 7), quare vel ἀλλὰ μὴν Diodoro Crono servo idoneum visum est teste Ammonio 38, 18 (Commentaria in Aristotelem graeca IV).

Helladius apud Photium Bibl. p. 532 B 35 sqq. dicit: ὅτι οἱ κωμικοὶ τοὺς οἰκέτας τὸ μὲν πλέον ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλουν οἷον Σύρον Καρίωνα Μίδαν Γέταν καὶ τὰ ὅμοια, ἐκάλουν δὲ καὶ τὰ ἐξ ἐπιθέτων ὡς ἀπὸ τοῦ χρώματος μὲν Πυρρίαν καὶ Ξανθίαν, ἀπὸ τοῦ τρόπου δὲ Παρμένωνα καὶ Πιστὸν καὶ Δρόμωνα. ἐκάλουν δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ὠνήσαντο τὸν οἰκέτην, ἐξ οὗ καὶ τοὺς Νουμηνίας ὠνόμαζον. Nec vero praeter Pamphilum Myrrhinam Thrasonidem (v. p. 21) Parmenonem Chremem (v. p. 57), quae in permultis fabulis inducuntur, alia desunt similiter ficta nec minus significantia velut Δρόμων Euangel. 572 v. 8[1]); Δαίδαλος Philosteph. 589, Εὔθυνος Euphron. 486 (9), Λάβδακος Anaxipp. 459 v. 3 cocorum; Φιλῖνος Strat. 545 v. 13 parasiti; Στρατοφάνης Men. 200 (2) militis; Ἰσχάς id. 154 (4), Κορώνη id. ib., Φιλουμένη id. 255 (76), Crobyl. 567 (1, 2) Τρύφη (?) Men. 200 meretricum; Μοσχίων Men. 211 (1) rustici; Τρόφιμος Philippid. 476 (5, 2) quasi nutricii. At haec libere inventa prae iis quae conventione quadam adhibentur rara fuisse in nova comoedia mediae comparatio docet, quae plura praebat velut meretricum Βάραθρον Theophil. 621 (2)[1]), Θάλλουσα id. 631 (2), Κοσσύφα Philetaer. 294 (1,6), Λαγίσκα Stratt. II 764 (1). Anaxandr. III 165, Λοπάδιον Timocl. 608 (1), Λύκα Amphid. 310 (1). Timocl. 608 (1), Μαλθάκη Theophil. 361 (2), Μυρρίνη Timocl. 608 (1), Σισύμβριον Theophil. 631 (2), Τέλεσις Philetaer. 294 (1, 2), Φίλα id. 294 (1, 5). Alexid. 432 (3, 7), Χρυσίς (?) Timocl. 608 (1, 4). Men. IV 154 (4), Ὤκιμον Anaxandr. 165 (1, 6). Nicostrat. 285 (1).

Nonnulli vero tales comoediae φερώνυμοι difficile est dictu, utrum nomen an cognomen eos habere poetae mens fuerit. Orta sane sat multa sunt ex cognominibus vel

---

1) Nisi aliud adnoto, mediae comoediae fragmenta in Meinekii vol. III, novae in vol. IV sunt.

ludibundis iocularibusque vel contemptim inventis, quae habet plurima usus vitae[1]), nec minus omnis generis scriptores. Quid igitur mirum quod comoedia exempla sat multa praebet velut Κέρβερος Cleonis agnomen a Platone comico inventum, Ψακάς Ar. Ach. 1150 [2]), Ἐμβάδας Anyti agnomen comicum παρὰ τὰς ἐμβάδας Schol. Plat. Apol. p. 330.

d. In his omnibus patronymica maxime crebra sunt, de quorum in vita usu Wendel in appendice bene egit. Quod in comoedia adhibentur, Peppler, qui a p. 47 exempla collegit, adhiberi censet ut nomen longius atque honestius reddant. Sed altera causa accedit. Ut addito patris nomine nobilitate aliquis gloriatur — id spectat Batrachomachiae usus (de quo v. infr. p. 74) — ita comoediae mos est, ut ad significandam hominis naturam patrem ei fingat velut Perdicem Cleombroto Phryn. II 599 (3) quasi libidinoso, Sellum Ar. Vesp. 459. 1243. 1267 importuno iactatori, Θρασύμαχον feminae bellicosae Theopomp. II 803 (3), Psacadem Ar. Acharn. 1149 omnia conspuenti. Cf. Mnesilochum Phrynondae Ar. Thesmoph. 861, Lamachum Gorgasi id. Acharn. 1131, Calliam Hippobini id. Ran. 429, Bacchum υἱὸν

1) Quod testantur imprimis nomina civilia inde orta, de quibus Sp., testatur etiam Synesii locus ep. IV, ubi nautarum appellativa praecipue ex corporis mendis tracta enumerantur, vel inde memorabilia quod paria in vita exstant: Χῶλος ὄνομα κύριον Suidas, cf. Romanorum gentem Claudiam. κελήτῃ Romanum Hernia Cic. ad Quint. fr. I 2, 4, ἀριστερόχειρι Scaevola respondet. παραβλώψ idem est ac Strabax Pr. Att. 12911 et Plaut. Trucul.

2) Compluribus modis explicari potest cf. Scholia ad l., Schol. Nub. 1018. Sp. p. 12. 46. 55. Grasb. p. 37. Ceterum aliam eiusdem agnominis causam C. F. Meyer novit, in cuius fabula Die Hochzeit des Mönchs persona est *Gocciola, das heisst das Tröpfchen, weil er die letzten klebrigen Tropfen aus den geleerten Gläsern zusammenzunaschen pflegte.*

Σταμνίου id. ib. Similiter mater invenitur στροῦθος Cleocrito Ar. Av. 877 (cf. Schol.), Πλευρῖτις (cum Εὐαγόρᾳ patre) Cinesiae Platon. II 679 (2). Hoc loco ut infiniti sensus vox persona facta est ex comoediae more saepissime personificationibus quae dicuntur usae, ita in fabulis Aristophaneis in scaenam prodeunt in Pace Εἰρήνη Ὀπώρα Θεωρία, in Lysistrata Διαλλαγή. Similes parentes occurrunt: νυκτὸς παῖς Chaeropho Socraticus quasi fur Aristoph. II 1175 (15) cf. 1062 (6) dicitur et secundum Cratin. II 147 (3) στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιστον τίκτετον τύραννον Periclem, cui secundum eundem ib. (4) Ἀσπασίαν τίκτει Καταπυγοσύνη [1]. Non impedit quod nonnumquam etiam differentiae intercedunt, ex Perdicis filio non Perdicides sed ipsum Perdix nomen personale factum est (Sp. p. 62) et Acestorem tragicum, cui Theopomp. II 815 (1) Σάκαν patrem tribuit, Schol. Ar. Vesp. 1216 et Av. 31 eodem cognomine appellant. Tamen in illo usu fontem patronymicorum ludibrii vel convicii causa adhibitorum quaerere licet velut Batrachomachiae Κραυγασίδου 243 et Ὠκιμίδου 214 — duplicis coloris et epici et ludibundi bene participum — comoediaeque Ἀποδρασιππίδου Ar. Vesp. 185 vel Βαθίππου Ἐρασμονίδου Cratin. II 22 (9), quod ἐπιθετικῶς interpretandum esse iam Meineke vidit Plautinis Bumbomachide Clutumistaridisarchide comparatis [2].

1) Extra iocum Plat. Symp. p. 199 C—204 B ἔρωτα πενίας καὶ πόρου filium fingit.

2) Huic usui simillimus est alter locum fingendi, qua in re discernenda sunt vera imprimis barbarorum loca ex Graeca lingua iocülariter explicata, cf. Grasb. Nachtr. p. 310, itemque vera loca Graeca, quorum incolis certa vitia propria vulgo habebantur, cf. Grasb. p. 55 sqq. Nachtr. p. 313 et 318 (*Manche bleiben übrigens gleichsam an einem Grenzgebiet haften, so dass es zweifelhaft erscheint, ob sie im guten oder schlimmen Sinne zu deuten sind*) ac non minima pars cognominum, quae ethnicorum formam habent velut Κεχηναῖοι pro Atheniensibus Ar.

e. Idem ac comoediae usus omnibus litterarum generibus proprius est, quibus personae ipsis inveniendae atque appellandae sint. Comoediae maxime propinquum est carmen parodicum, quod sola Batrachomachia nobis repraesentat, cuius nomina vel maxime a veris differunt, omnia parodice tracta ab animalium vita vitiis virtutibus, miro quodam modo colorem epicum detorquentia. Ut heroibus ranarum ac murum regibus parentes finguntur nobiles: Πηλεύς (ad πηλὸν assonat) et Ὑδρομεδούση ranarum Φυσιγνάθῳ, Τρωξάρτης et Λειχομύλη θυγάτηρ Πτερνοτρώκτου βασιλῆος murum Ψιχάρπαγι. Cetera partim duas stirpes continent velut Κραμβοβάτης Βορβοροκοίθης aut Κοστοφάγος Λειχήνωρ partim simplicia sunt ut Κραυγασίδης Ὠκιμίδης aut Τρωγλίτης Τρυφάλειος. Cf. Ludwich p. 71 sqq. editionis.

f. De aetatis quae dicitur hellenisticae hac in re ratione ex paucis, quae nobis servata sunt, in universum concludi nequit. Herondas quo est veritatis studio, vitae speciem quam maxime affectat nominibus de via aut semita sumptis maxime usus, quorum haud pauca ex inscriptionibus Cois nobis nota sunt [1]). Tamen nomina quaedam

---

Eq. 1262, Ὀτοτύξιοι id. Av. 1040 vel ficticiorum locorum ut Ar. Acharn. 606 τοὺς ἐν Καμαρίνῃ κἀν Γέλᾳ κἀν Καταγέλᾳ.

1) Reich D. Mimus I p. 299 adn. 2 mimo imprimis hunc morem tribuit, sed omni poeseos generi convenit, quod veritatis speciem quaerit, dramati carmini epico epistulis. Nimium audacter idem de Theocriti nominibus proprie mimicis et Cois dixit. Inter 56 Theocritea quorum 37 ex inscriptionibus nota, 25 Coa numerat; at secernendi sunt illius numeri 1. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 22, duodeviginti ergo nomina, quia tota Graecia floruere — quaedam formarum variationes ad dialectum pertinent —, restant ergo 7 inter 56. Eadem de causa nominum Theocrito et Herondae communium numeros 2. 4. 5. 6. 8 segrego, deinde 1 ex litteris non Cois satis notum, restant ergo 2 inter 8. Nominum igitur solorum ratione talia demonstrari non posse apparet.

per usum ac conventionem quandam certum morum genus significant; velut I 50 Gryllo amatorem nequissimum, VII. mim. Cerdone lucri cupidum designavit ac II 3 8 Artimmae nomini barbarico minus honesto Thaletem nobilem ac prudentem opposuit. At Theocritus praeter vitae nomina — atque eorum maior est numerus — ac veros homines nonnulla nomina significantia adhibuit. Eius Aego et Corydo non veri homines allegorice nominati (Wendel p. 7—10), sed ex αἰγί et κορύδῳ inventi sunt. Haec si quinque illis nominibus adnumero, quae ficta ex re etiam Wendel p.34 concedit, septem ad sensum electa numero, nonnulla insuper exstant rusticae vitae magis quam urbanae convenientia: Λύκος Λυκώπας Κυνίσκα. — Πὸλυβώτας (βώτας = βούτης) Μέρμνων (ad μερμνόν). Similis est epigrammatum poetarum usus. Suspicari quidem licet temporis processu nominum observationem eodem modo crevisse ac nominum superstitionem (ut ita dicam), cuius rei testimonia proferunt Heitmüller Nuth alii. Atque hanc opinionem dialogus confirmare videtur. Ab initio, cum vera colloquia enarrarent vel enarrari fingerent, veros tantum homines introducebant [1]). Postea demum dialogi personae libere inventae sunt velut Platonis Clinias, Megillus, Atheniensis (Legibus) alii [2]), qui ex poetae ingenio orti sunt. Nominum

---

1) Cf. R. Hirzel, D. Dialog I Lipsiae 1895 p. 176 et adn. 1 „Dieser historische Charakter ist den platonischen Dialogen in gewisser Hinsicht immer geblieben. So behaupte ich, dass ... saemtliche Personen .... historisch sind“. Sequitur de Callicle: Charicle Hirzelii iudicium: „Solche Anspielungen mag die Komoedie lieben, auf dialogisches Gebiet dürfen wir sie nicht ohne weiteres übertragen: hier sind sie erst in moderner Zeit seit der Renaissance üblich geworden; was wir in Varros Gespraechen de re rustica an Kuensteleien dieser Art beobachten werden, ist doch wesentlich verschieden“ e. q. s.

2) Hirzel l. l. p. 179 sq.

denique lusus inrepsit, quod nescio an minoris artis sit[1]). Varro quidem, ut hunc solum memorem, nominibus significantibus usus in libris quos scripsit de re rustica homines et quibus libros inscripsit (Fundanium I, Pinnium III libro) et quos colloquentes facit (Agrasium Agrium Fundanium Fundilium Stolonem Scrofam I, Vaccium II, Appium — sedebat ad sinistram ei Merula et Pavo, ad dextram Pica et Passer — III libro) φερωνύμους nominavit vel potius veros homines nominis etymi causa elegit[2]). Idem in saturis Menippeis nomina rei accomodasse videtur, cum titulos inveniret quales Modius saturae qua modicum victum commendat (fr. 304 sqq. Buech.)[3]) vel Meleager alterius quae est de venatione (fr. 203 sqq.)[4]).

g. His ipsis exemplis confirmatur Romanos eodem modo ac Graecos nominum lusui indulsisse. Plautus sane quam nominum artem prae se fert eam a Graeca comoedia suscepit (cf. Schmidt), etsi forma non re paulo alienam (v. infra p. 90). At carmina epigraphica latina pariter ac graeca nominibus ludunt velut 710 Buech. „Nomine

---

1) Hirzel l. l. p. 559 „Es zeigt den Verfall einer Kunst an, wenn sie anfängt, dem Nebenwerk eine groessere Bedeutung beizulegen als ihm zukommt“.

2) Cf. Schleicher, Meletematon Varronianorum specimen I. Bonnae 1846 et Hirzel l. l. p. 557 sqq., imprimis p. 560 „Als Komoedie im Dialog werden wir daher Varros Verfahren bezeichnen“.

3) Cf. E. Norden, In Varronis saturas Menippeas observationes selectae, Fleck. Jahrb. 27, Lipsiae 1901 p. 272 sq.

4) Similiter nominibus ex rerum memoria aut historia fabulari notis in duplicibus logistoricorum titulis (cf. Norden l. l. p. 276 sq.) usus est velut Marius de fortuna, Orestes de insania. Idem valet de Ciceronis dialogis Cato de senectute, Laelius de amicitia (v. Hirzel l. l. p. 544). Quod vero protrepticum suum inscripsit Hortensium, ne a laribus quidem eum abstinuisse ostendit.

Pulcheria fuit, sed nomine formam signavit" [1]. Sed cur talis rei testimonia cumulem, qualia sescenta [2]) exstent? Res est populi menti cara itaque etiam apud Germanos frequentissima. Viri docti earum rerum studiosi nescio an colligere neglexerint, quamquam operae pretium erit. Nomina comoediae graecae quodammodo similia in medii aevi fabulis usurpari ex libro didici Guilelmi Arndt, Die Personennamen der deutschen Schauspiele des Mittelalters. Breslavii 1904 (ex Germanistische Abhandlungen begruendet von K. Weinhold herausgegeben von Friedrich Vogt. Heft 23) [3]). Recentiorum poetarum nominum fingendorum ratio digna erit, quae similiter observetur, cum quid de eorum arte censeamus, etiam inde pendeat. Immermann ut exemplum adferam vix apte nomina formavit [4]) neque Anzengruber semper feliciter nominibus per-

---

1) Cf. 92. 682. 1196. 495. 1035. 1046. 1232. 1347 B et Tolkiehn, Neue Jahrbücher (Ilberg u. Richter) 1901 p. 172.

2) Cf. Halm ad Cic. Vatin. 2, E. Klebs Mus. Rhen. 47, 94 alia.

3) His in fabulis „ist fuer die deutschen Namen gerade ihre Bedeutung von groesster Wichtigkeit. Denn diese sind ... in den meisten Faellen von den Verfassern der Spiele fuer die betreffende Rolle neu gebildet" (p. 31). Imprimis milites et agricolae perstringuntur, quo fit ut nonnulla ibi occurrant nomina vel adnomina Alciphroneis mente et forma simillima velut Unverzeit p. 43 (Θραcωνίδηc) miles, Reschmann et Schnellauf p. 46 (Δρόμων) nuntii, Pagkenpaus p. 63, Schopp ins wang p. 74 (Γνάθων), Fretendrussel p. 73 (Βουκοπνίκτηc?), Saufenwein p. 76 (Οἰνοχαίρων), Rutrolf p. 74 (Κυπελλιcτήc), Peter Durst p. 76 sq. (Διψαναπαυcίλυποc) agricolarum propter voracitatem derisorum itaque parasitis propinquorum, Maidhofirer p. 81 (Κορίcκοc). Et hoc memorabile, quod etiam haec nomina non singulorum hominum indolem, sed genus designant cf. p. 74 et p. 84: „Die Hauptsache war ..., dass der Name zu dem Standescharakter passte".

4) Cf. D. Fr. Strauss, Kl. Schriften biogr. literar- und kunstgesch. Inhalts. Lipsiae 1862 p. 232

sonarum indolem indicare conatus est (*Pfarrer Hell* in fabula *Der Pfarrer von Kirchfeld, Dusterer* in *G'wissenswurm, Professor Foliantenwälzer* in *'s Jungferngift*). At cf. quae R. M. Meyer, der Namenwitz, in Neue Jahrb. f. d. Kl. Alt. 1903 p. 122 sqq. imprimis p. 131—135 de vitae et poetarum nominum existimatione atque usu profert.

h. Sed redeamus ad Graecorum nominum lusus. Maxime ultimis graecitatis temporibus iis utuntur sophistae similesque auctores. Quorum quomodo ratio Alciphroneae persimilis sit, exemplis firmabo scriptorum et ante et post eum florentium.

α. Lucianus quam in nominibus artem quaesiverit, optime ex verarum historiarum libris licet perspicere, cum ibi aperte ficta sint plurimaque ipsa narratione explicentur. Praeter gentium et locorum nomina satis mira nonnulla occurrunt hominum, quorum etymum sensui accomodatum, ut I 20 ὤμοσαν Ἡλιωτῶν μὲν Πυρωνίδης (Igneus) καὶ Θερίτης (Aestivus) καὶ Φλόγιος (Flammeus), Σεληνιτῶν δὲ Νύκτωρ (Nocturnus) καὶ Μήνιος (Menstruus) καὶ Πολυλάμπης (Multilucius). I 29 occurrit Κορωνὸς Κοττυφίωνος Cornix Merulae Νεφελοκοκκυγίας rex ac I 38 Πήλαμος Tarichanum dux, nam πηλαμύς thynni genus. Sed aliud Luciani opus artiorem cum Alciphrone habet etiam argumenti similitudinem, dialogi meretricum. In quibus historiae debentur: Γλυκέρα Θαΐς Μέλιττα Βακχίς Λέαινα; ab animalibus nominantur: ΔορκάςΧελιδόνιον Πυραλλίς Κοχλίς Δελφίς; ab herbis: Ἀβροτόνιον Μύρτιον Μυρτάλη Κλωνάριον Ἀμπελίς Ἰόεσσα; eroticorum modum sequuntur: Μουσάριον Μύρτιον Χρυσίς Δρόση Κρωβύλη Παννυχίς — Πάμφιλος Δίφιλος Χαρῖνος Χαιρέας Χαρμίδης Λαμπρίας Καλλιάδης Εὔκριτος; aptissime adhibentur Φίλιννα Φιλαινίς Φιλημάτιον Τρύφαινα Ἀκίς; ex re indita apparent Ἑρμότιμος ὁ ναύκληρος, Πραξίας quem nos dicimus *Mann der Tat*, Λεόντιχος ἀλαζών, Δεινόμαχος

miles superbus, Χηνίδας Leonticbi servus, (deridet mendacia domini, nam χήνημα est καταμώκημα).

β. Iam memoravimus eroticorum usum, quem uno loco componere par erit. Tribus Alciphronis amatoriorum nominum generibus:

A. Νικίππη Ζευξίππη Εὐξίππη Θηριππίδης —

B. Πάμφιλος Δίφιλος Χαρικλῆς (nominum per etymi vim amatoriorum) —

C. Χρυσίον Ὑακινθίς Λείριον Λειριόνη — Μυρρίνη Ἑρπυλλίς (blanda comparatione inditorum, partim quia ab herbis tractorum meretricibus convenientium)

eadem eroticorum genera respondent:

A. Λευκίππη persona principalis Achillis Tatii. Κυδίππη Nic. Eugen. II 59 etc. Καλλίππη Theod. Prodr. III 361. 381. Εὐίππη Xen. Eph. I 2, 5.

B. Καλλιχρόη Theod. Prodr. II 101. Καλλιγόνη Ἱππίου Ach. Tat. I 3, 2. Κλεάνδρου amica Nic. Eug. II 60. Καλλίππη Theod. Pr. III 361. 381. Καλλιρρόη persona princ. Char. Aphrod. I 1[1]). Καλλισθένης Ach. Tat. II 13, 1. Καλλιστίας Nic. Eug. II 59. Χαιρέας et Χαρμίδης milites amantes Ach. Tat. IV 15, 2 et IV 2. Χαιρέας pers. princ. Char. Aphr. I 3 sqq. Πολύχαρμος eius amicus I 5, 2. Χαρικλῆς Ach. Tat. I 7, 3 sqq. Nic. Eug. I 74. Χαρίδημος cui historiam narrari fingit Eustath. Macr. I 2, 1. Δημοχάρης Ant. Diog. 2. Χαρίκλεια pers. princ. Heliodori I 8. Χαιρέας Κνήμωνος amicus id. I 14. Ἐρασινίδης quem Diniae historias scripsisse Ant. Diog. 10 fingit[2]).

C. Χρυσίον Xenoph. Eph. III 9, 4. Χρυσηΐς[3]) Ach. Tat. I 8, 5. Χρύσιλλα Nic. Eug. I 222. Ὑπεράνθης iuvenis

1) Cf. Pers. sat. I 134.

2) Nomen amorem significat ut Charidemi apud Eustathium. Similiter fortasse auctorum nomina ficticia sunt; sed caute de ea re iudicandum esse Charitonis Aphrodisiensis exemplum suadet, cf. Rohde, D. gr. Rom. p. 489 et adn. 2.

3) Invenit nomen quasi hypocoristicum Homerus.

pulcher Xen. Eph. III 2, 2. Ἄνθεια pers. princ. Xen. Ephesii. Λεύκων [1]) servus Xen. Eph. II 2, 3. Λευκίππη pers. princ. Ach. Tatii. Μυρτάλη Long. I 3, 1. Theod. Pr. I 163. Μυρτιπνόη Theod. Prodr. II 53. Μυρτώ serva Ant. Diog. 3. Nic. Eug. III 263. Μυρτίων ib. VII 136. Μύριλλα — de forma cf. praeter Χρύσιλλαν Δρόσιλλαν pers. princ. Nicetae Eug. — Theod. Pr. IX 6. Ἡδυπνόη Nic. Eug. VII 136. Ῥοδάνθη pers. princ. Theodori Prodr. I 37 sqq. Ῥόδη [2]) Long. IV 36, 3. serva Xen. Eph. II 2, 3. Ῥοδογύνη femina pulcherrima Charit. Aphrod. V 3, 4. Ῥοδόπη παρθένος Eustath. IX 3, 2. Ῥοδάνης pers. princ. Iamblichi 2. Ῥοδῶπις (ex Herodoto?) meretrix Heliod. II 25.

γ. Epistolographorum denique inspiciamus nominum rationem. Aelianus num Alciphronem imitatus sit dubito [3]); constat alterum ab alterius temporibus non multum distare. Inveniuntur apud eum rustica Ἀνθεμίων Κωμαρχίδης Φιλέριφος. — Βαίτων (ad βαίτην vestimentum rusticum) Κνήμων Δρωπαῖος (a δρέπειν?); ex re electa Ἡμέρων ὁ μαλακός Ὀπώρα meretrix Φυλάσιοι (ad φυλήν); quasi nobilia Καλλικλῆς Καλλιππίδης Λαμπρίας Λάχης Φαιδρίας.

Cum postea scriptorum, quos imitarentur, numerus minor, nominum ab ipsis auctoribus fictorum maior sit, post Alciphronem Aristaenetus et Theophylactus clarius eandem rationem ostendunt iudiciumque nostrum confirmant. Theophylactus qui solus agricolarum nomina praebet ex poesi bucolica Κορύδωνα et Σιμιχίδαν adhibet iisque proxima Μόσχωνα et Δάφνωνα. Eadem ratione ficta

---

1) Cf. Aristot. Physiogn. c. 3 ubi p. 808 b 4 λάγνου σημεῖα· λευκόχρως καὶ δασὺς εὐθείαις θριξὶ καὶ παχείαις καὶ μελαίναις. Hoc etiam in nominibus eroticis cum κόμη compositis tenendum.

2) De nominibus cum ἄνθει et ῥόδῳ compositis cf. Plaut. Menaechm. 191 ubi *rosa* blanda allocutio.

3) Reich p. 33 sqq. non omnino mihi persuasit, etiamsi eum verisimilem quidem opinionem prodidisse haud nego.

sunt: ab animalibus Ἄρνων Βουβαλίων Ἐλάφων Ὀρτύγων Πορφυρίων Τεττίγων — ab arboribus Αἴγειρος Κυπαρίσσων Πλάτανος — ab herbis earumve partibus Ἀμπελών Ἀμπέλινος Τρυγίας. — Ἀσταχύων Καλλίσταχυς — Καλάμων Κορίαννος Κοριάννων Λαχάνων Σεύτλων Μαράθων Πηγάνων Πόας — Ῥόδων Μύρων Μυρωνίδης — Ἄνθινος Ῥίζων — ab agricolarum artibus Βουκολίων Ποιμνίων Σπείρων Θερίστρων Τυκανίας. Aliis de causis idonea Κηπίας Κισσυβίων Μίνθων Πριαπίδης Δόρκων [1]). Praeterea apud eos sunt: derivata ex rerum memoria Ἀρχίλοχος Τέρπανδρος Αἰλιανός Λουκιανός Ἀλκίφρων. — Περικλῆς Ἀσπασία. — Γλυκέρα Ὑπερείδης et mythica Ἰάσων Μήδεια Πολυξένη Πυλάδης Φρύγιος βασιλεύς; ex re imposita piscatoribus Δίκτυς Κυρτίων, nautis Ἑρμαγόρας Σωσίας Σωσίπατρος, medico Πανάκειος, custodibus Φρουρίων Φυλακίδης, virgini Παρθενίς, avaro Χρύσης, equorum amico Ἐχέπωλος, pictori Χρωματίων, aliis Φιλόκυβος Φιλοπίναξ Φιλοπλάτανος; e contrario dicuntur Ξενοπείθης qui aliis non meretrici persuadere potest, Ὡρίων senex [2]). Vere amatoria sunt Ἀφροδίσιος Ἐράσμιος Ἐρατόκλεια Ἐρατοσθένης Ἐρατώ Ἐρωτύλος — Φιλωνίδης Πάμφιλος Φιλιππίδης — Εὐρίππη Ἱππίας Ἱπποθάλης Λεύκιππος Μελέσιππος Σπεύσιππος Τελεσίππη Τελέσιλλα Χρυσίππη —

---

1) Hoc dubito, num rusticum sit; recedit ad stirpem δέρκομαι videndi, per se rustici sensus carentis. Sed miro modo similia apud Aelianum apparent rustica nomina Δερκύλος 7. 8. 17. Δράκης 4. Βλεπαῖος 1. Βλεψίας 18. An cum nomine Δορκάς rem habet?

2) ita Theophyl. ep. 60 legam Ἄνθεια Ὡρίωνι; nam primum Ὡρίων (cf. Alciphronis Ὥριος) melius amatoriae epistulae convenit, ut e contrario senex dicatur, cui ἄωρον παίγνιον εἶναι ἄνδρα πρεσβύτην νεανίδος ἑταίρας ἐρᾶν exponatur; deinde bene inter se respondent ambo nomina ut Alc. II 26 Ὥριος Ἀνθοφορίωνι. Nec forma offendit, Ὥριος: Ὡρίων similiter deducitur atque ab ἅγιος: Ἁγίων n. Delphicum, αἴσιος, Αἴσιος Pr. Att. 312—314: Αἰσίων, ἄξιος, Ἄξιος Pr. Att. 1328: Ἀξίων.

Χρυcίc Χρυcογόνη Μυρρίνη Μυρτάλη Ῥοδίνη Ῥοδόκλεια Ῥοδόπη Καλύκη Λειμώνη — Ἄνθεια Ἀνθοκόμηc Φυλλίων — Χαρίδημοc Χαρικλῆc Χαρμίδηc Χαρίcιοc Νικοχάρηc — Πυρρίαc Χλοάζων — Τερψίων Τερψιθέα Θελξινόη — Καλλιόπη Καλλικοίτη — Εὔμουcοc — Μειρακιοφίλη Κορίννη — Λύκων Φορμίων. Comoediae cuius memoriam duo ultima excitant pauca debentur, tamen inde originem ducunt nomina meretricia Γλυκέρα Θαΐc Λαΐc alia. Sed ne haec quidem a comoedia ipsa petita sunt, immo mediis intercedentibus sophistis ceteris et ea et alia velut Δελφίc Δωρίc Εὐφρόνιον Μέλιττα Μελιccάριον Πετάλη Φιλαινίc Φιλημάτιον Κοχλίc Χελιδόνιον — Ἀταλάντη Γαλάτεια Θέτιc Μελπομένη Πιερία — Μουcάριον Ἀμπελίc.

2. Alciphronis vero nomina non ita facile est disponere, quibus quod ludit non est argumentum, unde quicquam de fonte aut imitatione sequatur. Sed secernamus genera.

a. Piscatoriorum exempla certa alibi non exstant. Alciphronem libris eorum, qui antea de eadem re scripserant[1]), usum esse suspicari licet, demonstrari nequit. Oppiani cum halieuticis quae congruunt, suo loco notavimus (p. 7. 8. 11). Cum epica illa fuerint carmina, haud mirum quod ad id genus piscatoriorum multa ficta sunt velut Ἁλίκτυποc Κυμόθοc Εὔπλοοc, neque igitur casui tribuendum videtur quod simillima sunt Phaeacum nominibus Odysseae. Quin Alciphronis Πρυμναῖοc vix intellegitur nisi comparatis illius Πρυμνεύc et Πρωρεύc quorum alterum alteri supplendo est. Pauca deinde anthologiae usus vestigia supra p. 7. 11. 12 statuimus nec tamen gravia. Neque enim epigrammata neque halieutica aliud Alciphroni ac res

1) Iam I. a. Chr. n. saeculo Dorio περὶ ἰχθύων scripsit, imperatorum temporibus Metrodorus et Demostratus et quos Athen. I p. 13B commemorat.

atque argumenta tradiderunt, unde secundum communem morem nomina finxit propria.

b. Rustica primo obtutu apparet quam pauca aperte poesi bucolicae debeantur. Communia sane Alciphroni et Theocrito Ἀσφαλίων Γλαύκη Αἴγων Κορύδων Γαλάτεια Εὔβουλος sunt (Reich p. 55); sed cum Γαλάτεια apud Alc. numen marinum sit neque Εὔβουλος parasitus bucolici quicquam habeat, restant priora quattuor, ut Alciphronem Theocritum ipsum inspexisse minime sequatur. Imprimis Aego et Corydo per posterioris aetatis poetas bucolicos celeberrimi facti ad Alc. pervenire facillime potuerunt. At omnino Alciphronis color rusticus a bucolico longe abhorret, cum sola ep. II 9 in mentem revocat nec praetermittendum, quod ea ipsa nominibus vere bucolicis caret. Epistularum homines potius quam bucolicorum pastoribus tibia canentibus carminaque recitantibus comoediae agricolis compararantur, quorum naturam Ribbeck optime delineavit libro quem inscripsit *Agroikos*. Quamvis autem eadem nominum fingendorum ratio etiam comoediae sit, tamen quae ad verbum et litteram e comoedia fluxerint non exstant, admonet eius, quod vini cultum Alciphro significavit, Τρυγόδωρος insuper Aristophanei Τρυγαίου gemellus. At cum nova fingeret, tradita ante oculos habebat, quibus similia novis stirpibus adsumptis effecit: Corydoni et Aegoni paria Moschiona Amniona Elationa Ampeliona. Atque ut iam Theocritus Baccho cognata Simum Thyrsin Thyonichum adhibuit, Alciphro quoque nomina ab initio Bacchi agmini propria inseruit, Napaeum Eunapen Hylen Petraeum Thallum Thalliscum Bacchi comitibus [1]) ex vasis et Nonno notis simillima. Longum num hac in re imi-

1) Inter ea etiam rusticis propinqua occurrunt Νύμφη Baccha Heyd. p. 12 (A), Μηλίς Bassaris Nonn. 33, 324, Φιλομήλα Baccha Heyd. p. 14 (F).

tatus sit, dubito contra ea quae Reich p. 46sqq. de Alciphrone Longi imitatore protulit. Nominum quas affert similitudines Νάπη Longi: Ναπαῖος Εὐνάπη, Δρύας: Δρυάδης Δρυαντίδας, Ἀγέλη: Ἀγελαρχίδης, Ἵππασος Γνάθων Μεγακλῆς Φιλοποίμην apud utrumque, iis non multum probatur nec sufficiunt loci utriusque simillimi — quorum pars nihil demonstrat [1]) —, ut inde uter alterum sequatur discernamus. Ac quod Reich tam magni facit Alciphronem longiores, Longum simpliciores nominum praebere formas (p. 51), hoc multum valere nego accuratius singulis consideratis [2]). Ἀγέλην atque Ἀγελαρχίδην cohaerere necesse non est vel si ita statuimus, Ἀγέλην multo peius ex aptiore Ἀγελαρχίδῃ (a munere) breviatum esse concedendum est. Idem valet de Νάπη: Ναπαῖος, hoc iam erat nomen personale, forsitan etiam Εὐνάπιος (? v. p. 18) nec tamen e contrario Longum imitatorem facere licet, cui non ab Napaeo et Eunape nomen derivandum erat antea notum. Dryantidem iam Ovidius finxit, Dryadem potius a Δρυάδι nympha quam a Longi Δρύαντι Alciphronem traxisse putem: restant 4 nomina plane consentientia, sed ne his quidem ulla imitatio evincitur. De summa ergo Reichium sequi nequeo, cf. Rohde D. gr. Rom. p. 502 adn. 3 a et quae de vita rustica in litteris Graecis descripta inde a p. 504 exponit.

c. Amatoriorum fontes vel suspicari res est dubitationi obnoxia. Reichium sane si sequimur (c. I § 3—5), Luciano Alciphro plurima debet, non solum amatoria nomina, sed omnino compluribus locis rhetorem aetate paulo maiorem imitatus est, imprimis ep. III 19 philosophorum convivio, quae traditur inter parasiticas. Sed neque de quattuor

---

1) Satis mirum etiam eius de Alciphronis Longique scientia rustica iudicium p. 52 sqq.

2) Neque omnino ex nomine breviato vel amplificato de imitatore concludi posse constat. Alciphronis Μεριδᾶς sine dubio derivatum est ex Batrachomachiae Μεριδάρπαξ.

locis, de quibus R. p. 14 dixit, eadem additamenta Alci phronem et Lucianum ad comoediae locos admiscuisse demonstravit nec quae Luciani convivio cum ep. III 19 consentiunt (Reich p. 16 sq.) plura sunt quam orationis flosculi. Deinde maxime nominibus propriis comparatis Reich nisus est. Amatoria apud Lucianum imprimis in dialogis meretricum inveniuntur, quibus cum Alciphrone communes sunt celeberrimarum meretricum Thaidis Leaenae Glycerae Bacchidis Melissae. Sed desunt apud Lucianum Lais Phryne Leontium Lamia Gnathaena quamquam celeberrimae Quae differentia magni aestimanda est: Alciphro veras personas epistulas scribentes facit ac Menandrum Epicurum Demetrium Euthiam Hyperidem introducit, apud Lucianum historiae ratio abest, eius Glycera nihil nisi meretrix est, cuius cum Menandro familiaritas ne commemoratur quidem. E reliquis scortorum nominibus Parthenium Doris Chrysium (Luc. Chrysis) apud utrumque occurrunt, cetera Alciphro addidit, ita ut inter 42 nomina meretricia Alciphronea et 44 Lucianea dialogorum meretricum non plura quam 8 congruant. Deinde e 24 amatoribus qui sunt apud Alciphronem in meretricum dialogis 28 habentibus 3 tantum occurrunt Diphilus Pamphilus Lysias. Neque haec neque illa nomina eiusmodi sunt, ut alter nisi ab altero ea accepisse nequeat, immo usitatissima in poesi erotica sunt, Pamphilus insuper novae comoediae figura. Praeterea Reich sonum tantum respexit neque accurate nominum genera distinxit. Κλυμένη quidem p. 6 in dialogis deorum non meretricum est neque ulla ratio inter utramque intercedit, Νεβρίς, quod nomen consentire R. gravissimum putat p. 7, in codicibus Alciphroneis non est sed Νευρίς, *„Ampelionis nomen nonnisi apud Alciphronem et Inscr. II 97 inveniri“* error est Reichii, ut praetermittam Ampelida Lucianum meretricem, Alciphronem rusticum Ampeliona nominare. Noverit forsitan Alciphro Lucianum, cum tempore vix multum

distent, ut quae intercedunt similitudines bene explicentur; sed hoc quoque mente reputandum est, quam facile fieri possit ut scriptores paene aequales eadem exempla imitanda sibi proposuerint, praesertim cum numerus eorum quos quisque imitari potuerit non nimius sit [1]). Itaque uterque convivium scripsit alteri persimile. Quod argumentum in litteris Graecis pervulgatum (Christ, Gesch. d. griech. Litt.[3] p. 736 sq. Hirzel, D. Dialog I p. 359 sqq. II p. 348 sqq.) nescio an ex Cynico litterarum genere (O. Ribbeck, Gesch. d. röm. Dicht.[2] Stuttgart 1894 I p. 243) ad Lucianum Alciphronemque pervenerit [2]). Nomina huius epistulae Alciphro ex suo arbitrio ad sensum elegit, Archibium solum nescio an ex Luciani gallo c. 10 mutuatus sit. Eteoclem cum usurparet, fortasse comoediae personam in animo habebat, cuius μοχθηροὶ μέν εἰσι λόγοι καὶ ψευδεῖς secundum Plutarch. de aud. poet. c. 31 p. 18 E, ac Pancratem fieri potest ut secundum philosophum cynicum introduxerit a Philostrato vit. soph. I 23 commemoratum. Tamen etiam c o m o e d i a e vestigia in nominibus amatoriis satis certa cognoscere licet. Gnathaena inde sine dubio fluxit, videntur etiam Moscharium Petala Myrrhina Philumena Chrysium Plango Doris Anthracium Thryallis Pamphilus. Sed cum maximi in nominum et fontium disquisitione comoedia aestimanda sit, in universum spectare opus est, quinam sit eius et nominum Alciphronis propriorum conexus [3]). Nomina aperte inde suscepta praeter a m a t o r i a haec

1) De ratione quae intercedit inter Lucianum atque Alciphronem meae opinioni similiter nunc iudicat K. Meiser Münchener Sitzungsberichte 1904 (2) p. 198 sqq.

2) Quamquam eiusmodi res a comoedia non alienas fuisse fragmenta demonstrant velut Anaxipp. II 465 (2) et Posidipp. IV 518. Personarum numerus non obstat, ea narratio praeter dialogum esse potuit ῥῆσις.

3) De simili rusticorum existimatione comica v. supr. p. 83.

videntur esse: piscatoria nulla, rustica Trygodorus Thrasonides Oenopio Chaerestratus, parasitica Gnatho Struthias Autocletus. Praeterea servorum Alciphronis nomina omnino comoediam sapiunt. Omnia sane etiam in vitae usu erant atque inveniuntur in titulis, imprimis Delphicis libertorum tabulis (Wescher et Foucart, Inscriptions recueillies à Delphes Paris 1863 III. série p. 33 sqq.)[1]. In vita etiamsi lege quadam servorum ab liberorum nominibus diversa non erant[2], tamen paulatim certa prae aliis iis imponebantur, ita ut vitae morem secuta sit comoedia, cum certa nomina servis propria faceret[3]. Atque Alciphronem memorabile est solum Numenium habere, quem e comoediae reliquiis quae exstant nunc afferre nequeamus (sed cf. Helladii testimonium supra allatum); Pyrrhias Cario antiquae, Dromo Parmeno Syra Asphalio novae comoediae consuetudinem ostendunt, inter quae comoediae genera maiores differentiae hac re non intercedunt. Comoediae nominum servilium rationem quam grammatici testantur, supra cognovimus, nunc forsitan exemplis eam firmare utile est, ut quantopere cum Alciphrone congruat melius

---

1) V. ibi 'Ανθράκιον n. 22, Cαραπίων τὸ γένος Cύρον n. 23, Μάνης τὸ γένος Παφλαγόνα 31, 'Αcία τὸ γένος Cύραν 53, Πυρρίας 79, 111, Πύρρος 125, Παρθένιον 111, Καριάς 132, Ζωπύρα 145, Εὔνους 146, Cωcίας 170 permultaque eiusdem sensus occurrunt Cωcίχα Cωcίβιος Cωτίων Cωcώ Cωcιπάτρα similia, 'Αρμένιος 258, Δρόμων 283, Βαχχίς 315, 'Ιουδαῖος τὸ γένος 'Ιουδαῖον 364, Καρίων 367, Δωρίς 428.

2) Curtius Anecd. Delph. p. 39.

3) Similis ratio est inter vitae et poetarum nomina auletarum (quod hominum genus maximam partem servorum loco natum est), de quibus Athen. XIV p. 624 B: ταύτην δὲ τὴν ἁρμονίαν Φρύγες πρῶτοι εὗρον καὶ μετεχειρίcαντο. διὸ καὶ τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλληcιν αὐλητὰς Φρυγίους καὶ δουλοπρεπεῖς τὰς προcηγορίας ἔχειν (in vita scilicet). οἷός ἐcτι ὁ παρὰ 'Αλκμᾶνι Cάμβρας καὶ Ἄδων καὶ Τῆλας· παρὰ δὲ 'Ιππώνακτι Κίων καὶ Κώδαλος καὶ Βάβυς.

inlustretur. Atque occurrunt: Phrygia Ter. Ad. 973. Phryx Arist. Vesp. 433. Malis servis proprium evenit Av. 1244, vel in proverbium venit, cf. Herond. II 100 et V 14. Lydi servi in Plaut. Bacch.et Curcul., propinqua nomina Paphlagon Ar. Equit. (perperam v. 691 et Schol. ad v. 2 aliter explicare conantur) ac Plauti Cilix fr. XXIX et Messenio Menaechmis, videtur etiam Δᾶοc, quod si Straboni VIII 304 fides antiquitus Dacum significat, frequens in inscriptionibus et comoediis Graecorum, apud Romanos Davus. In comoedia certa figura fuit, persona Menandri γεωργοῦ v. 16 sqq. Nicole, proverbialiter adhibitum ab Herond. V 68 [1]). Gentilicium ab origine etiam Plauti Lucrio cf. Schmidt p. 193, sed velut a lucro tractum (cf. Pl. Pers. 625) percipiebatur, quo sensu quasi latinum inter Trimalchionis Lares Cerdonem Felicionem Lucrionem Petron. c. 60 legitur. Sic Cerdonem intellegimus servum apud Euphron. IV 492, sutorem in Herond. mim. VII, commemoratum ib. VI 48, nominatum tamquam τοῦ κέρδουc διὰ παντὸc δοῦλοc (Diphil. IV 421 (13)) cf. Diogen. III 4 Κέρδων γαμεῖ et VI 22. Apostol. XI 6. Martial. III 16 sutorum regulum ita nominat, Pers. V 91 et Iuven. VIII 182 nomen quasi appellativum pro vili homine adhibent (cf. scholia utriusque loci), Festus p. 36 M: *Cercopa* (cf. Alciphr. II 7, 2 Κέρκωψ ἄθλιε) *Graeci appellant lucrari undique cupientem quasi κέρδωνα quem nos quoque lucrionem vocamus.*

d. Sed redeamus ad Alciphronem. Nominum e comoedia ortorum haud magnum numerum invenimus. Primo sane obtutu illa imprimis nomina, quorum iocularis sonus maxime differt a ceteris fere omnibus, inde orta esse

---

1) Inter comoediae servos Schol. Ar. Ach. 243 Δᾶον numerant, quo loco est in Pl. Amphitruone Ter. Andria et Phormione.

videntur, parasitica dico. Sed tribus exceptis, quae inde sumpta esse apparet, etsi nonnullorum color comoediae similis, maioris numer forma a comoediae usu longe recedit. Quare e re erit comoediae et Alciphronis nominum formas accuratius considerare. Comoediae exempla secundum terminationes disposuit Charles William Peppler, Comic terminations in Aristophanes and the Comic Fragments. Part I Diminutives, Character Names, Patronymics (Baltimore 1902) atque his compararemus Alciphronea. Substantiva hominibus imposita hic et illic rara sunt; tamen Alciphroneis libro I Cκόπελος, II Θαλλός Κότινος Ὕλη, IV Γνάθαινα Λέαινα Λείριον Λεόντιον Μέλιcca, III Cαρδανάπαλλος Κύναιθος (ipsa quoque ex nominibus) paria ne in comoedia quidem desunt velut Κανών Κεραυνός Λαβύρινθος. At ex substantivis orta vel nomina agentis in -ηc vel deminutiva in -υλ(λ)οc, -ιλος, -ιχος, -υχος, -ιον, -αξ exeuntia hic et illic saepius inveniuntur, Alc. libro I Αἰγιαλεύc — Κύρτων Θαλαccίων — Γλαυκίαc Cωcίαc, libro II Αἴγων Κορύδων — Ἀμνίων Ἀμπελίων Ἐλατίων Πιθακίων Μοcχίων Παcίων — Ἄcτυλλος — Δρυάδηc Δρυαντίδαc Κρηνιάδηc, libro III Γνάθων Γρόνθων Ὠκίμων — Γρυλλίων Βουκίων Cτρουθίων Κοπαδίων Cκοτίων — Cκορπιάδηc Μεριδᾶc, libro IV Κρουμάτιον Ἀνθράκιον Μοcχάριον Παρθένιον Χρυcίον — Βακχίc Δωρίc Θρυαλλίc Λαΐc Cαλακωνίc Ὑακινθίc Φυλλίc. E comoedia haec: Ναύcων Cratini Ἰχθύων Teleclidis, Κορακίων Archippi, Καπνίαc Aristophanis, Κοννᾶc Cratini, Ἀρίcτυλλοc Aristophanis, Φαίδαξ Eupolidis. Neque adiectivi forma velut Alc. libro I Ἀρμένιοc Αὐχένιοc Γαληναῖοc Θαλάccιοc Θυνναῖοc Πόντιοc Πρυμναῖοc Ῥόθιοc, libro II Ληναῖοc Ναπαῖοc Νόμιοc Πετραῖοc Ὥριοc, libro IV Γλυκέρα Θεττάλη Φοιβιανή (talia desunt libro III) a comoedia aliena sunt, etiamsi rariora, ut Ξένιοc Cratini. Sed iis similia quae Alciphro ex duabus stirpibus finxit nomina propria velut Πινακοcπόγγιcοc Τραπεζολείκτηc alia

in graeca quidem comoedia desiderantur. At ex Plauti fabulis notae sunt compositiones satis propinquae, ex graeco fonte sine dubio sumptae. Schmidt p. 624 sqq. temporum posteriorum quae dicuntur hellenistica, quin etiam Italorum ingenium ibi cognovit; sed neglexit vestigia, quae iam in comoedia sunt, appellativa. Nam omnibus huius generis nominibus Plautinis Alciphroneis Batrachomachiae communis est origo ex appellativis, quo modo orta iam in carmine epico inveniuntur, ex Homero Ἄδμητος Ἀγχίαλος Ἄκαμας Ἀλκιμέδων Δεισήνωρ Εὔμηλος Εὐπείθης Περιμήδης exempla adfero, quae si in iocosum genus commutantur, ludibunda nascuntur Batrachomachiae. Atque iam antiqua comoedia Plauto forma propinqua finxit, a veris hominibus nimirum velut Διονυσο κουρο-πυρώνων Cratin. II 134 (2) Ἀνδροκολωνο-κλῆς id. 171 Βρυσωνο-θρασυμαχειο-ληψι-κερμάτων Ephipp. III 332 (4) Ἐξηκεστ-αλκίδαι anon. IV 636 (127), quae dubium utrum appellativa an ludibunda nomina personalia existimanda sint, maxime ἀποτυμπανισχάς Axion. III 530[1]). At ab initio appellativa comoedia usurpat qualia ψωμοκόλαξ Aristophan. II 1011 (15) et Sannyr. II 875 ἀριστόδειπνος Alexid. III 516 (25), Men. IV 180 ζωμοτάριχος Alexid. III 402 (2) φιλοτάριχος Antiphan. III 97 (3) λοπαδοφυσητής Mnesim. III 578 (4) παραμασητής Alexid. III 492 (2), Timocl. III 597 (2) ψωμοκόλαξ Philem. IV 5 Philippid. IV 469 (4) ψωμοκόλαφος Diphil. IV 399 (1) κνισοτηρητής anon. IV 665 (269) λιμοκόλακες anon. IV 666 (270) κλασαυχενεύεται Archipp. II 727 (3) στωμυλιο-συλλεκτάδης

---

1) Ad meretricis nomen Ἰσχάς Men. IV 154 (4) ars, quam exercet τυμπάνων, adponitur. Similiter Ἀνδροκολωνοκλῆς explicatur Bekk. Anecd. p. 394, 21 Κρατῖνος ἀντὶ τοῦ φάναι ἠλίθιον Ἐτεοκλέα οὕτως ὑφ' ἓν καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἔφη διὰ τοῦ ἐκ Κολωνοῦ. Androclem sane (sic Cratin. II 133 (2) reapse Colonea fuisse inde non constat, potest ludibrii causa eo revocatus esse. De aliorum δήμων similibus significationibus v. Grasb. p. 56 sqq.

ῥακιο-συρραπτάδης Ar. Ran. 841 sq. ψαμμακοσιο-γάργαρα id. Ach. 3. νυκτοπεριπλάνητε id. ib. 264 φρυαγμο-σέμνακος id. Vesp. 135. Vel plures stirpes componuntur ὦ σπερμαγοραιο-λεκιθο-λαχανοπώλιδες, ὦ σκοροδο-πανδοκευτρι-αρτοπώλιδες Ar. Lys. 457 sq. σαλπιγγο-λογχ-υπηνάδαι σαρκασμοπιτυο κάμπται Ar. Ran. 966 κομπο-φακελορ-ρήμονα ib. 839 στωμυλιο-συλλεκτίδης ib. 841 ἐλαιο-φιλο-φάγους Epich. fr. 157 Kaib. νεο-πλουτο-πόνηρος Cratin. II 133 (2) ταγηνο-κνισο-θήρας Eupol. II 487 (4b) λιχνο-φειδ-άργυρος Philyll. II 863 (8) τριβαλλο-ποπανό-θρεπτα Eubul. III 241 (1, 3) κολακο-φορο-κλείδης Hermipp. II 394 (cf. Grasb. Nachtr. p. 323) κρουνο-χυτρο-λήραιος id. Eq. 89 σκοτο-δασυ-πυκνό-τριχα id. Ach. 390 κυμινο-πριστο-καρδαμό-γλυφος id. Vesp. 1357 ὀρθρο-φοιτο-συκοφαντο-δικο-ταλαίπωρος id. ib. 505. Quin Ar. Eccles. 1168 sqq. cibus nominatur voce 79 syllabarum. Tales compositiones Schol. Dionysii Thracis p. 702, 4 comoediae proprias censet: καὶ ἔστιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἡ σύνθεσις ἐκ δύο λέξεων, γίνεται δὲ καὶ ἐκ τριῶν ὡς τὸ δυσαριστοτόκεια, παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς καὶ ἐκ πλειόνων ὡς παρ' Ἀριστοφάνει σφραγιδονυχαργοκομῆται καὶ παρ' Εὐπολίδι ἀμφιπτολεμοπηδησίστατος [1]). Sed ubicumque leguntur, est sermo ludibundus [2]) nec minime in vita, quae agnomina invenit ut Χαριτοβλέφαρος Demetrii Phalerei Athen. XIII p. 593 F et verborum lusus amavit quales in AP leguntur Ἱπποκρατιππάδης et Διονυσοπηγανόδωρος XI 17 v. 21, Ἑρμοπιθηκιάδαι XI 353, Ζηταρετησιάδης app. 228 cf. VII 289 v. 17 (Jacobs. adn. XII p. 231). V. 97 (Jacobs. X 160). V. 115. Tamen hac in re comoediam Alciphroni ante oculos fuisse praesertim ideo licet suspicari, quod et quae de parasitis

---

1) *Forma Cypria* (Mein. II p. 519) honestus linguae sonus augetur.

2) Cf. Hegesandri in Pythagoreos epigramma apud Athen. IV p. 162 A.

narrant epistulae et nomina personalia plane congruunt cum iis quae comoedia tradit. Singulis consideratis fere nullum non inde explicari vidimus ac qui Ribbeckii librum inspexerit cui *Kolax* inscribitur similitudines quam maximas intercedere haud negabit. Quasnam fabulas ipsas sophista ante oculos atque in manibus habuerit, nunc diiudicari nequit[1]) neque omnino potest nominibus tantum propriis adhibitis. Deinde nunc discernere non possumus, num illius quoque generis scripta Alc. adsciverit, quae παντοδαπὴν ὕλην libris ποικίλοις vel ἀπομνημονεύμασι similibus congesserunt multaque et de meretricibus et de parasitis subministrare poterant[2]). Convivia supra p. 86 memoravimus, in eodem argumento versantur Hippolochi et Lyncei ἐπιστολαὶ δειπνητικαί, Polemonis librum περὶ παρασίτων Athen. VI p. 234 D—F affert, saepius Aristophanis Byzantii, Apollodori, Gorgiae περὶ τῶν ἑταιρῶν. Latius patebant Aristodemi, Dioscoridis, Hegesandri, Lyncei ὑπομνήματα, ἀπομνημονεύματα, ἀποφθέγματα, ἐπιστολαὶ δειπνητικαί, cuius universi generis optimum exemplum praeter Aeliani varias historias ipsius Athenaei Dipnosophistae exstant. Ii scriptores quae rerum memoria ac litterae (comoedia poesis parodica similia) de meretricibus et parasitis tradiderant, collegerunt ac fieri potest, ut partim his rivulis Alc. ea debeat, quae ex fontibus videtur accepisse. Sed ea materia (ut ita dicam) potito nominum, quae inde ducebat, forma eligenda erat, quae his in parasiticis differt a ceteris. Parasitos non vera nomina, sed iocularia agnomina pro veris (*noms de guerre*) gessisse constat. Vitae hanc consuetudinem (cf. Philoxenus ἡ πτερνοκοπίς Eucrates Κόρυδος Epicrates Κυρηβίων alii ab Athen, VI 241 sqq. memorati, Horatii Pantolabus scurra Sat. I, 8, 11. II 1, 22, qui vero nomine Mallius Verna

1) Cf. Ribbeck Alazon. p. 80.

2) Cf. Ribbeck Kolac. p. 32.

appellabatur, Κοτύλων Varii scurrae cognomen p. 36) secutus Alc. ut III 25, 4 Cκορδοcφράντου verum nomen Polybium diserte testatur ita ceterorum quoque plurima ad cognominum modum finxit. Unde intellegitur, quo factum sit ut appellativorum ante eum volgarium formas usurpaverit. Idem ante eum, nisi fallor, Batrachomachia fecit, ad cuius operis tum pro vetusto habiti exemplum sophista elegit ac finxit, non tamen singula, sed universum colorem imitatione exprimens. Plus sane Ludwich concludendum esse putavit, qui editionis p. 71 sqq. optime de illius carminis nominibus exposuit duo genera segregans alterum primigenium, alterum postremis demum temporibus falso pro appellativis insertum, codice L nobis traditum. Haec cum ante Alciphronem exstitisse putet, qui Ἀρτεπίθυμον secundum Ἀρτεπίβουλον falso pro nomine personali habitum finxerit (p. 73 adn. 140), p. 97 plures similitudines componit, quae inter haec parasitica et Batrachomachiae murum nomina intercedant. Sed ne nimium concludamus cavendum. Μεριδᾶς sane vix intellegitur nisi Μεριδάρπαγι Batr. 260 comparato ac Λειχοπίναξ Batr. 100 idem est atque Alciphronis Λειχοπίναξ simillimumque Πινακοσπογγίσῳ (priori parti, altera ab epico colore etiam parodico nimis recedit). Praeterea Ἐμβασίχυτρος B. 137 Χυτρολείκτῃ, Ψιχάρπαξ 24 Ψιχοδιαλέκτῃ[1]) satis propinqua sunt. At utrum pro appellativis an personalibus Alciphro Batrachomachiae nomina habuerit nescimus, quippe qui saepenumero appellativa imitatus pariter secundum ἀρτε-

1) Eandem terminationem -ίων, -ίδης, -αῖος argumento non esse apparet. Βορβοροκοίθης 226 et Βορβορόζωμος male comparantur, βόρβορος apud Alciphronem plane aliter adhibetur atque in Batrachomachia, in qua ranae sedes designatur. Idem cadit in Πτερνογλύφον 224: Κεφαλογλύπτην, neque ex parte βάτης haud raro usurpata quicquam de Κραμβοβάτῃ 237 et Ναυβάτῃ concludere licet. Etiam de Ὠκιμίδῃ dubito.

πίβουλον Ἀρτεπίθυμον fingere potuerit. Accedit quod in tam perspicuo nomine vix exemplo ei opus erat, quin etiam hoc melius fictum videtur quam illud vel potius Ἀρτεπίθυμος magis parasito, alterum magis muri convenit. Utut est, rei similitudines satis intelleguntur ex murum et parasitorum natura cognata, quam testatur Plauti Pers. 55 sqq. neque, cum argumenta ipsa unde nomina derivaret aliunde, magnam partem e comoedia sumeret, ad formam Batrachomachiae nomina unicus eius fons fuisse videntur.

3. a. Denique, si Alciphronis nominum personalium rationem in universum spectamus, multa invenimus ante eum similia, nonnulla ei nota, pauca manifesta imitatione expressa. Quare haud iniuria dicitur in ipsis nominibus eligendis fingendisve eum maxime suum praestitisse ingenium liberum, quantum quidem illius temporis scriptor liber potuit esse. Itaque etsi exemplis usus, tamen non simpliciter imitatus distinxit atque elegit, quae ei idonea videbantur. Cum epistularum nomina, quibus opus erat, e re sibi fingenda proposuisset, ita in ea re versatus est, ut nisi raro ex singulis epistulis nominum causas non traheret (cf. pp. 12. 22. 46), sed ad diversa epistularum genera ea accommodaret piscatoriis piscatoria, rusticis rustica eodemque modo ceteris nomina tribuens, quorum exempla undique conquisivit. Qua tamen in re cum veritatis speciem quandam affectet, fit ut magnam partem vitae nomina adhibeat, velut primo libro Galateam Galenam Eudium Thalassium Pontium primario sensu usus, nonnullis vero aliud supponens etymum ac vita velut Cyrtoni Hermoni Armenio Auchenio. Eam vitae imaginem ut exprimeret quantopere ei contigerit, navium Atheniensium nomina docent reapse similiter inventa ut Γαλάτεια Παραλία Ἀγρεύουσα et Θήρα Εὔπλοια et Πρόπλους Σῳζομένη Σῴζουσα Σωσίπολις Σώτειρα (v. IG II indices). Aliorum etymum nullius momenti est, sunt nomina, quae appellativorum loco

esse epistulae genus pariter ac drama et carmen epicum decet, velut Euergus Euthydicus Philodemus Mnesilochus alia, de quibus v. pp. 25. 57. 59. Quae cum A. eligeret, in universum haud sine arte eius aetatis servavit colorem, quam epistulis definivit, IV. et III. a. Chr. n. saeculi. Neque enim horum ullum illis temporibus in usu non fuit et unum Alciphronis aetate paene obsolevisse videtur, Critiam dico (v. Pros. Att.). Pauca, quae aperte suo ingenio invenit, imprimis parasitorum, a recentioribus vel etiam latinis stirpibus derivavit velut Bucionem secundum Atellanarum personam fictum Turdosynagum Patellocharona Mandylocolaptem. Alia denique ad vera hominum nomina recedunt, duplici vero modo adhibita: aut iidem intellegendi sunt homines atque ex rerum memoria noti, velut Epicurus Menander Glycera aut eorum nominibus Alciphro usus est, cum propter vocis sensum sibi idonea viderentur velut mimos Philistiadem et Sannyrionem nominavit, Licymnii dithyramborum poetae nomen histrioni, Lexiphanis apud Lucianum rhetoris poetae comico tribuit, coniunctis Zenone et Xenocrate (philosophis) Zenocratis nomen effecit[1]). Cetera etymi causa significantia adhibuit,

---

1) Imperatorum Romanorum temporibus homines inlustrium virorum nomina adamasse videntur eaque haud raro sive ex historia fabulari sive e rerum memoria sumpserunt. Thales quidem, cui peregrinae aliquid claritatis infuisse ex Herondae mim. II evincitur, teste IG vol. III Athenis tum maxime florebat similiaque de Asiae nominibus observaverunt Ramsay Journ. of Hell. St. IV (1883), qui cum scribit *The Graeco-Roman civilisation in Pisidia* Catonium Cornelium Romulum Midam Menelaum Romulum, Attalum, Alexandrum p. 35 sq. affert, Cousin et Diehl, qui Bull. de corr. hell. X (1886) de nominibus Lyciis dissputantes inveniunt *un grand nombre de noms propres qui rappellent les antiques légendes* (Sarpedo Glaucus Telemachus) et *une autre catégorie de noms empruntée aux dynasties de l'Asie Mineure*

sed parasiticis exceptis etiam cum aperte nomina fingit, volgares formas usurpavit, ita ut eadem atque Alciphronea fieri potest ut aliquando in inscriptionibus inveniantur.

(p. 43 sq.), Waddington, qui Inscriptions d'Asie Mineure n. 1206 Termessi nomen Platonis, 1221 alibi mythica velut Troili Pollucis Castoris Meleagri in usu fuisse docet.

In adferendis virorum doctorum commentationibus scribendi compendiis usus sum his:

F. B.	Fritz Bechtel und Aug. Fick, Die griechischen Personennamen nach ihrer Bildung erklärt. Göttingen 1884.
Sp.	F. Bechtel, Die einstämmigen männl. Personennamen d. Griechen, die aus Spitznamen hervorgegangen sind. Abh. d. Kgl. Gesellsch. d. Wissensch. Göttingen N. F. IV 5 (1898).
Fr.	F. Bechtel, Die attischen Frauennamen. Göttingen 1902.
Grasb.	L. Grasberger, Die griech. Stichnamen. Würzburg 1883.
Grasb. Nachtr.	L. Grasberger, Studien zu den griech. Ortsnamen. Würzburg 1888, p. 309 sqq. Nachtrag zu den griechischen Stichnamen.
Reich	Herm. Reich, De Alciphronis Longique aetate. Diss. Regimont. 1894.
Wendel	Carol. Wendel, De nominibus bucolicis. Fleck. Jahrb. Suppl. 26. Lipsiae 1900.
Schmidt	Karl Schmidt, Die griech. Personennamen bei Plautus. Hermes 37 (1902).
Heyd.	H. Heydemann, Satyr- und Bakchennamen. Hall. Winckelmannsprogramm 1880.
Kretschm.	Die griechischen Vaseninschriften ihrer Sprache nach untersucht von Paul Kretschmer. Gütersloh 1894.
Pr. Att.	Prosopographia Attica edidit Johannes Kirchner. Berolini 1901 et 1903.
AP	Anthologia Palatina.

Comicorum Graecorum fragmenta secundum Meinekium adfero.

Indices.

A. Numeri comparantur Schepersiani (editionis a. 1901) et vulgares.

Schep.	Vulg.
I 1	I 1
2	I 2
3	I 3
4	I 4
5	I 5
6	I 6
7	I 7
8	I 8
9	I 9
10	I 10
11	III 1
12	III 2
13	III 3
14	I 11
15	I 12
16	I 13
17	I 14
18	I 15
19	I 16
20	I 17
21	I 18
22	I 19
II 1	III 9
2	III 10
3	I 24
4	I 25
5	I 26
6	I 27
7	I 28
8	III 11
9	III 12
10	III 13
11	III 14
12	III 15
13	III 16
14	III 17
15	III 18
16	III 19
17	III 20
18	III 21
19	III 22
20	III 23

Schep.	Vulg.
II 21	III 24
22	III 25
23	III 26
24	III 27
25	III 28
26	III 29
27	III 30
28	III 31
29	III 73
30	III 32
31	III 33
32	III 34
33	III 35
34	III 36
35	III 37
36	III 38
37	III 39
38	III 40
39	III 41
III 1	III 4
2	III 5
3	III 6
4	III 7
1	III 8
6	III 42
7	III 43
8	III 44
9	III 45
10	III 46
11	III 47
12	III 47
13	III 49
14	III 50
15	III 51
16	III 52
17	III 53
18	III 54
19	III 55
20	III 56
21	III 57
22	III 58
23	III 59

Schep.	Vulg.
III 24	III 60
25	III 61
26	III 62
27	III 63
28	III 64
29	III 65
30	III 66
31	III 67
32	III 68
33	III 69
34	III 70
35	III 71
36	III 72
37	I 20
38	I 21
39	I 22
40	I 23
41	III 74
IV 1	I 29
2	I 30
3	I 31
4	I 32
5	I 33
6	I 34
7	I 35
8	I 36
9	I 37
10	I 38
11	I 39
12	I 40
13	II 1
14	II 2
15	II 3
16	II 4
fr. I	I
II	II
III	III
IV	IV
V	V
VI	VI

Vulg.	Schep.
I 1	I 1
2	I 2
3	I 3
4	I 4
5	I 5
6	I 6
7	I 7
8	I 8
9	I 9
10	I 10
11	I 14
12	I 15
13	I 16
14	I 17
15	I 18
16	I 19
17	I 20
18	I 21
19	I 22
20	III 37
21	III 37
22	III 39
23	III 40
24	II 3
25	II 4
26	II 5
27	II 6
28	II 7
29	IV 1
30	IV 2
31	IV 3
32	IV 4
33	IV 5
34	IV 6
35	IV 7
36	IV 8
37	IV 9
38	IV 10
39	IV 11
40	IV 12
II 1	IV 13
2	IV 14
II 3	IV 15
4	IV 16
III 1	I 11
2	I 12
3	I 13
4	III 1
5	III 2
6	III 3
7	III 4
8	III 5
9	II 6
10	II 7
11	II 8
12	II 9
13	II 10
14	II 11
15	II 12
16	II 13
17	II 14
18	II 15
19	II 16
20	II 17
21	II 18
22	II 19
23	II 20
24	II 21
25	II 22
26	II 23
27	II 24
28	II 25
29	II 26
30	II 27
31	II 28
32	II 29
33	II 30
34	II 31
35	II 32
36	II 33
37	II 34
37	II 35
38	II 36
39	II 37
III 40	II 38
41	II 39
42	III 6
43	III 7
44	III 8
45	III 9
46	III 10
47	III 11
48	III 12
49	III 13
50	III 14
51	III 15
52	III 16
53	III 17
54	III 18
55	III 19
56	III 20
57	III 21
58	III 22
59	III 23
60	III 24
61	III 25
62	III 26
63	III 27
64	III 28
65	III 29
66	III 30
67	III 31
68	III 32
69	III 33
70	III 34
71	III 35
72	III 36
73	II 29
74	III 41
fr. I	I
II	II
III	III
IV	IV
V	V
VI	VI

B. Index nominum et rerum.

Vita.

Natus sum Carolus Theodorus Sondag in oppido Barmen anno p. Chr. n. 1881 die 16. Januarii patre Carolo matre Margareta e gente Niederstein. Fidem profiteor catholicam. Artibus liberalibus in gymnasio regio Bonnensi institutus vere anni 1899 almam matrem Bonnensem adii, cuius hucusque fui discipulus sex mensibus exceptis, per quos universitatis Berolinensis fructus cepi. Ibi scholas audivi virorum doctorum Dessoir Heinze Kekule v. Stradonitz Paulsen † Reinhold Sieglin † Weinhold v. Wilamowitz-Moellendorff.

Bonnae me docuerunt viri clarissimi v. Bezold Buecheler Clemen Drescher Dyroff Elter Erdmann Gaufinez Kuehnemann Litzmann Loeschcke † Neuhaeuser Nissen Radermacher Sell Solmsen Usener Wilmanns.

Exercitationibus benigne me admiserunt Buecheler epigraphicis, Loeschcke archaeologicis, Solmsen grammaticis. In proseminario et seminario theodisco Wilmanns, in proseminario et seminario philologico Brinkmann, Buecheler, Elter, Usener me instruxerunt.

Ex praemio Welckeriano cum ab ordine quaereretur: *Alciphronis epistularum nomina propria secundum etymologiam historiam ethopoeiam explanentur, comparetur poetarum in fingendis eligendisve nominibus usus,* praemium adeptus sum die 3. augusti 1903. Examen rigorosum subii die 20. iulii 1904. In componenda dissertatione Buecheler et Brinkmann benigne me adiuverunt. Quibus et magistris meis omnibus quantum debeam grato numquam obliviscar animo.